

Bibliothèque numérique

medic@

**VASSÉ, Louis. Lodoici vassaei  
catalaunensis, doctoris, medici, in  
anatomē corporis humani, tabulae  
quatuor, ab authore nuper auctae et  
recongnitae**

*Paris : veuve Vivantii Gaultherot, 1553.*



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)  
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?24575x03>

3

LODOICI VASSAE I CA-  
TALAVNENSIS, DOCTORIS MEDI-  
CI, IN ANATOMEN CORPORIS  
HUMANI, TABVLAE QVATVOR,  
ab authore nuper aucta &  
recognite.



P A R I S I I S,


Apud viduam Viuantij Gaultherot, via Iacobæa, ad D. Martini insigne.

1553.

Cum priuilegio Regis.

LODOICI VASSAEI  
CATALAUNENSIS DOCTORIS MEDICI  
IN ANATOMEN CORP  
ORIS HUMANI TABYLAE QVATVOR AB AVTHO  
RE NUPER AVCTAE ET RECOGNITAE tant en Latin  
qu'en Frâcois. Et deffenses a tous autres libraires & imprimeteurs de ce Royaulme,  
de non imprimer, ne faire imprimer, vendre ne distribuer icelluy liure, & figures  
(par ledict auteur ainsi augmenté) tant en Latin qu'en Frâcois, sans le vouloir & consentement dudit Foucher, iusques a fixans consecutifz, a commencer  
du jour & date de la premiere impression (tant en grand qu'en petit volume) sur  
peine de confiscation desdics liures, & d'amende arbitraire : comme plus apain  
est specifié en icelluy priuilege, daté du 17. de Decembre, L'an de grace 1552. Si-  
gne, Par le conseil, & scellé sur simple queue, de cire iaulne.

EXTRAICT DV PRIVILE-  
GE DV ROY.




# CHARACTERVM

PRIMÆ FIGVRÆ SE-  
QVENTIS EXPLICATIO.

- A.  *Erebrum, facultatis animalis & nervorum principium, in capite situm est, unde encephalon dicitur.*
- B.  *Oesophagus sive gula, via cibi & potus.*
- C.  *Trachea sive aëpera arteria, via aeris seu spiritus.*
- D. *Pulmo, vocis & respirationis instrumentum : hic eius lobi ad latus utriusque diuclis sunt, ut cor ostendatur.*
- E. *Cor, facultatis vitalis & arteriarum principium.*
- F. *Imum oesophagi.*
- G. *Diaphragma, septum transuersum.*
- H. *Hepa, iecur, facultatis naturalis & venarum principium : hic ad latus inclinatum est, ut vesica bils & ventriculus ostendantur.*
- I. *Vesica bils, folliculus, cystis fellis.*
- K. *Splen, lien.*
- L. *Vas venosum à liene deferens humorem melancholicum ad orificium ventriculi.*
- M. *Os ventriculi.*
- N. *Ventriculus, vulgo stomachus, cibi & potus receptaculum.*
- O. *Pylorus, poritor, infernum orificium ventriculi.*
- P. *Ecphysis sive exortus intestinorum, duodenum vulgo.*
- Q. *Rectum intestinum, longanum.*
- R. *Reliqua intestina.*
- A. *Vena cava, ex gibba hepatis prodiens, cui subiacet magna arteria.*
- B. *Venæ emulgentes due utrinque una, à vena cava, & totidem arteriæ, à magna arteria : in venæ inscruntur, serum sanguinis deferentes.*
- C. *Renes, quorum dexter elatior sinistro.*
- D. *Vreteres, meatus urinarij, deferentes urinam à renibus in vesicam.*
- E. *Vesica, urinæ receptaculum.*
- F. *Collum vesicae, magnum.*
- G. *Vasa spermatica 4 præparantia dicta, due scilicet vene, utrinque una, & totidem arteriæ à magna arteria : sed dextra vena à cava oritur, sinistra vero, ab emulgente sinistra. Hec sanguinem & spiritum ad sperma destinatum in testes deferunt.*
- H. *Epididymis, superior pars testium.*
- I. *Testiculi, testes.*
- K. *Vasa spermatica 2, deferentia sive ejaculatoria dicta, utrinque unum, que semen à testibus ad pudendum originem efferunt.*
- L. *Penis, pudendum virile.*
- M. *Glans penis.*
- N. *Dinarcatio vena, cava, & magna arterie ad crura.*


INTERIORVM CORPORIS  
HUMANI PARTIVM VI-  
VA DELINEATIO.



CHARACTERVM  
PRIMÆ FIGVRÆ SE-  
QVENTIS EXPLICATIO.

- A.  S frontis, coronale.  
B.  Ossa 2. sincipitis, parietalia, & trinque vnum.  
C.  Ossa 2. lithoidea, id est lapidosa & petrosa, & trinque vnum ad suam aurem.  
D. Os zygoma, id est jugale, os parisi, & traque faciei parte vnum.  
E. Maxilla inferioris ossa 2. in mento diuisa.  
F. Clavicula, ossa furculæ.  
G. Acromion, processus superior omoplate.  
H. Aencyroides processus anterior omoplate.  
I. Sternon sine os pectoris, constans ossibus 7. Galeno, nunc paucioribus, excipiens 7. veras costas.  
K. Xiphoides seu ensiformis cartilago.  
L. Septima costa vera, cui subiacent quinque spuriae seu imperfectæ.  
M. Brachium seu humerus, os adiutorii.  
N. Pecten seu cubitus vel vlna, facile maius. Quo nomine etiam pars hec tota dicitur, brachium Celsi.  
O. Cervix seu radius, facile minus.  
P. Carpus seu brachiale & rasceta, constans ossibus 8. Non incertus horum numerus cum Celsi.  
Q. Metacarpion postbrachiale, pecten, ossibus 4. constans Galeno, non 5. cunctis Celsi, Guidone, & aliis.  
R. Digits quinque, ossibus 15. singuli termini constant.  
S. Ossa sesamoidea siue sesamina, quinque digitorum articulis subsunt intus 19. externis non numeratis. In pollice sunt manifesta.  
A. Os femoris, quod est usq[ue]d, nomine torius collis vocatur.  
B. Patella seu rotula genu, myle, mola, epigonatis, quasi supra genu.  
C. Cneme seu tibia, os maius tibiae, facile maius. Nam tota hec pars etiam tibia & crux dicuntur, ut in cubito.  
D. Perone seu fibula, sura Celsi, os minus tibia, facile minus.  
E. Astragalus seu talus, os ballistæ.  
F. Os scaphoides, nauiforme. Hec duo ossa cum calcaneo nullam partem in manus respondentem habent.  
G. Ossa tarsi seu rasceta 4. carpo respondentia, quorum maximum & extre- num calcaneo commissum, cyboides seu cubiforme dicitur. Reliqua tria nauiformi coniuncta, nominibus carent, chalcoidea quibusdam dicuntur.  
H. Ossa 5. pedii, seu plani, plantæ, ac pectinis, terram contingentia, metacarpio respondentia.  
I. Ossa digitorum 14. pollicis tantum 2. singulorum reliquorum 3.  
K. Ossa sesamoidea, quinq[ue] pedi digitis, ut articulus manuum, subsunt intus 19.


HVMANI CORPORIS OSSIVM INVICEM  
COHAERENTIVM VNIVERSA COMPAG-  
CTIO, QVAB GRAECIS ΣΚΕΛΕΤΟΣ DI-  
citur, hoc est, cadaver asicatum.



SCELETOS POSTERIORA

DEMONSTRANS.

2000




# CHARACTERVM

## SECVNDAE FIGVRÆ

### EXPLICATIO.

Suturæ capitis 5.

- A. Tephaniæ, id est, coronalis, ferratella.
- B. obelæ, id est recta, sagittalis.
- C. Due crotaphiæ: id est temporales, vel lepidoides, id est, squamosæ & mendoſæ: virinque una ſuper aures ad os petrofum.
- D. Lamboides, ſimilis à literæ Græce.
- E. Os occipitis. Reliquæ oſſa capitis & faciei hic non poſſunt ostendi.
- F. Omoplate, ſcapula operta, ſcapule, ſpathulæ.
- G. Collum ſeu ceruix omoplate.
- H. Caput brachii.
- I. Olecranon, cubiti tuber, anchor Hippocrati, id est, cubitus. Spondylis ſeu vertebræ ſpine 24.
- K. Colli 7.
- L. Metaphreni ſive dorſi 12. coſtas duodecim excipientes.
- M. Lumborum 5.
- N. Os sacrum tribus oſſibus Galeno, interdum quinque, vel ſex conſtant.
- O. Coccyx, cauda, tribus etiam particulis oſſis Galeno, interdum quatuor conſtant.
- P. Os cum oſſe ſacro commiſſum, cui integro nullum nomen inditum eſt. Sed ſu perne dicuntur os ilium & anchæ. Quæ femoris caput recipit, os iſchij & coxendicis: ante, ad pudenda, os pubis & pecten.
- Q. Caput femoris.
- R. Trochanter magnus.
- S. Collum ſeu ceruix femoris.
- T. Trochanter parvus.
- V. Calcanus ſive os calcis, pterne.



# CHARACTERVM

SECUNDÆ FIGVRÆ

EXPLICATIO.

- A.  Ena caua, cui subest magna arteria.
- B.  Vene & arteria emulgentes.
- C.  Renes.
- D.  Vreteres.
- E. Vesica, cuius collum latum & exiguum matricem excedit iuxta pudendum; sed hic non depingitur, ut collum matricis ostendatur.
- F. Vas spermatica, preparantia dicta, quatuor ut in mare, idemque ortus.
- G. Epididymis nulla, aut parua admodum.
- H. Testiculi, lateribus matricis ad fundum adiacent, similem masculis vasorum revolutionem excipientes.
- I. Vas spermaticum, quod virinque in vulva apices ingreditur, & in vulnam inseritur, per quos semen a testibus in ipsam vulvam excernit.
- K. Cornua seu apices matricis, per quae semen a propriis testibus vulva attrahit, ut virile per collum.
- L. Matrix, uterus, vulva, scroto virili respondens, si evertatur & extra promineat.
- M. Os sive orificio matricis, per quod mulier & mensē expurgat, & maris genituram ad se recipit, & fictum in lucem edit: hic intus est, nec potest ostendi, nisi matrix eiusque collum scindatur per medium.
- N. Collum matricis, peni muscularum respondens, sed hic foris in maribus, illud vero intus in feminis situm est.
- O. Orificio colli matricis, pudendum.
- P. Diuariatio vena caue, & magnæ arterie ad crura.

Omnes quæ viris insunt partes, in mulieribus etiam reperias, nisi in eo duntaxat discrepant, quod in mulieribus partes genitales intus sunt conditæ, in viris autem sunt extra ad perinæum.

R. D. D. PHILIPPO A LENONCV-  
RIA EPISCOPO, COMITI CATA-  
LAVNENSI, PARI FRANCIAE, L O-  
doicus Vassaeus Catalaunensis, doctor Medicus,  
S. P. D.

ONST A T omnibus Presul amplissime, diuinam esse & à  
Deo procreatam medicinam. Quippe cuius beneficio immortali-  
rerum naturam & causas cognoscimus, signa deprehendimus, e-  
uentaque multò ante proficimus, sanitatem conseruamus, mor-  
bos denique profligamus, ac animam penè corpore fugientem re-  
tinemus. Causas autem rerum noſſe, & futura praesagire, plusquam hominis est:  
vitam vero conservare, atque adeo restituere, Dei plane munus existimandum.  
Huius autem disciplina tam excellētis cū plures sim partes, in quibus omnibus  
Medico futuro diligenter est elaborandū, vnde tamen inter ceteras præcipua mihi  
videtur esse Anatome, circa cuius abſolutam cognitionem, fruſtrā aut sanitatem  
tueri, aut morbos profligare contendimus. Quid enim Medico magis necessarium,  
quam singularum partium ſubſtantiam, magnitudinem, numeram, figuram ſi-  
tum, connexiōrem, & uſum cognoscere? Quorum imperitia, aut ſcēlo nero, aut  
muſculo, aut arteria, membra quod curandum eſt, ſenſum, nonnunquam motum,  
ſepe vitrumque aboleri contingit, & (quod maius eſt) ſepiſime mors reperiā ſe-  
quitur, infinitāque propemodum accidente, que recenſere lögum eſſet. Cum autem  
ea que Galenus ceterique docti viri de Anatome ſcripta reliquerūt, latiſime fu-  
ſaſint, volui illa quodam velut compendio breuiter explicata in tabellas conſe-  
re, ut via quedam ac methodus eſſet ad diuinū illud opus. De uſu partium corpo-  
ris humani. In quo cū in ceteris libris Galenū omnes & Philosophos & Medi-  
cos ſuperarit, ſcripſum ſuperaffe videor. Illud opus mehercle tale eſt, ut non ſolū  
& Philosophos & Medicis, verum etiā à Theologis, Iurisconsulis, Poetis, Historicis,  
omnibus deniq; qui eruditioſis & sapientiæ laude affectant, non legi modo, ſed  
etiam edifici debeat. Quid ſi abſque Anatome māca eſt omnis eruditio, ſi ad vitā  
recte iſtituendam præcipuum eſt ſcripſum noſſe, cū omnium optimē Galenus  
humana nature rationem ac ſcientiā tradiderit, ut velut in ſpeculo teipſum con-  
templari licet, non uifus ſum melius laborem meum collocare poſſe, quam in ea  
re, que iure optima omnium preſtantissima haberi debeat. Itaque cū Tabellæ no-  
ſſe anatomica iamdiu apud Typographos deficerent, & ipſi ſum Medicine stu-  
diosi alteram additionem vehementer efflagitarent, & quaſi virgerent, non potui  
eam recuſare. In qua non minus, quam in priore elaborau. Reſecui enim que re-  
ſecanda mihi uifa ſunt, multaque addidi, ſuis locis adaptata, que in priore, bre-  
uitatis gratiā, omiſſaram, ut nulla ſit in corpore humano tam minima pars, de  
qua, ſi meminerim, non tractetur. Addidi præterea figuræ quafdam interiorum  
partium, & oſium corporis humani, quas ad meliorem formam & ſitum natu-  
ralem pingere curau, ſingulārque partes ſuis characteribus notatas, ordine expli-

A q

cui. Quæ, licet videantur esse ad ornatum & ad animi refectionem magis, quam  
ad eruditionem: licetque in tam paruis figuris multæ partes verè non possint ostendit  
erunt tamen veluti speculum, & rudi quædam imago eorum que in diffictis  
corporibus verè apparent. Cum itaque mecum perpendarem, Presul doctissime,  
singularem illam tuam erga patriam, cui non sine magna laude præficeris, beni-  
gnitatem, propensionem in viros doctos & studia literarum, humanitatem incre-  
dibilem: non veritus sum tibi tñi preter ceteros has nostras lucubrationes dicare,  
ut presulem patrum nostri laboris sautorem & patronum semper habrem. Has  
igitur nostras Vigilias tibi velut propitio numini dicatas & oblatas iucunde &  
liberali animo, quo sôles omnia, accipito. Vale Catalauni undecimo Ca-  
lendas Decembres. I 5 5 2.

### IOANNES LOINVS


Adlectorem.

Ανθόπου ἐθέλεις μισύλλειρ σάματα νεροῦ;  
Καὶ γνῶν τέταρτη πάντα ἀκριβεῖς;  
Καὶ ζεσταὶ μορίαις εἰδός τε γνῶνταίνεσθαι  
Οστέος καὶ μημηλων ταύτης περιχερεψ ἔχειν;  
Λαοδίκεια πυρνοῖς βασταῖς πέδε πιλάκαται  
Ἴητε περιχερεψ τὰ φρέατα καὶ κραδίλια.

### ERRATVM SIC CORRIGITO.

Fol. 2 facie 2 lege, Ventriculus, quem vulgo stomachum, Græci γαστρί, & κοιλία  
vocant, cibi & potus receptaculum est.

Si quæ alia inter excludendum obrepserunt, benevolus lector, pro suo candore,  
corrigeret.



T A B U L A L

D E C V T E.

Cutis. *Corporis c v t i s totum corpus ambiens, & epia Græcis appellatur, quod à grecis, hoc est, excoriari potest. Variat autem secundum partes. Cutē enim palma, plan- ta, frontis, totius fere facie, aliarūque quarundam partium, nō est possibile ex- coriare, propter tendones & musculos iis infertos. Gal. lib. 2. De vñ partium.*

*Hæc est vera cutis, cuius extima superficies seu eslorescentia quædam, è p i l a, pùs, quasi summa cuticula dicitur, qua sensus est expers. Lib. 3. & 14. Metho.*

*Cutiū, id est, membrana subiacet, qua vulgo panniculus carnosus dicitur, quam venæ cutem nutrientes, & nervorum fibræ ex subiectarum partium nervis ad hanc rotam productæ sensim suppedantes, permeant. Quarum traduc- tu, cutis etiam cum subiectis partibus connectitur. Gal. initio lib. 3. De anat. ad- minit. & 16. De vñ partium.*

D E A D I P E.

*A de p s 5. πιμελη Grecis, nulla in re nervos desiderans, instar olei pinguis, partibus membranosis ac nervosis affusa est, vt ipsas, vtpote seccas, perpetuò pinguedine nativa humectet. Generatur ex sanguinis parte pinguiore per tenues ve- nas affusa, & ybi cum frigidis & exangubus particulis coniungitur, congelacen- te. Ideo natura frigidioribus, multa: calidioribus, aut nulla, aut pauca nasci solet. Lib. 6. De vñ partium, & in fin. L. De temp.*

D E M U S C U L I S E P I G A S T R I L.

*Musculi epigastrici. Musculi epigastrici. M U S C U L I*  
*epigastricis strū 8. epigastricis hinc apparent, qui bēs simul octo*  
*funt, vtrinque quatuor, ma- gitudine qui dem ac multi- tudine aqua- les, fibrarū ve-*  
*ro positione si miles, vt nihil vtero est com- alter altero sit neque inferior nec superior, Lib. 5. De vñ par. & De ana. admini. & De locis aff. cap. 5.*

*Obliqui 4. villis seu fibris obliquis (qua*

*rū munus est, quod conuenit, retinere) contexti.*

*Duo primi à costa sexta, septima, octa-*

*ua, sed potissimum à sexta orti, ad iliu-*

*osa descendunt.*

*Duo alii, hos ad similitudinem Grecæ*

*literæ K diuidunt, ab ilibus ad costa*

*ascendentes.*

*Duo recti secundum animalis longitudinem extensi, carnos,*

*per medium omnem ventriculum supernè ab utraque parte*

*cartilaginis eniformis exorti, ad pubis ossis sese mutuo*

*contingentes, deferuntur: rectas fibras (quarum munus est attrahere)*

*supernè deorsum ferentes itidem habentes.*

*Interna horum parte sunt venæ, quæ ex sacri ossis musculis in*

*hos propagata, sursum feruntur: deinde cū extremis veni-*

*rum, quæ per thoracem ad praecordia deferuntur, in idem co-*

*uent. Ab eadem radice singulæ venulæ vtrinque ad uterum*

*perueniunt, per quas potissimum mammis cum vtero est cō-*

*minio. Lib. De dissect. venar.*

*Duo transuersi vniuersum peritoneon circumtegentes, ex re-*

*ccta illius ossis linea, tum ex lateralibus vertebrarū, que in lum-*


*bis sunt, processibus orti, rectum cum prædictis rectis effi-*

*ciant angulum, fibrisque transuersis (quarum munus est, a-*

*lienum expellere) contexuntur.*

*Totam musculi compositionem trademus tabulâ quartâ, vbi de musculis artuum*

Ipsos



## DE VENTRE INFERIORE.

Ipsos autem epigastricū musculos, simul quidem ut propugnaculum aliquod effient, & munimentum partum subiectarum, simul autem excretionis instrumenta quum confringunt natura, abutitur & iis, ad magnę efflationis ac vocis generationem: tum autem & ad partum edendum, & quam Praxagoras vocare consuevit *τυρείατον κατάληψιν*, id est, spiritus cohibitionem. Lib. 5. De vſu partium.

### DE PERITONAEO.

*Peritona opus.* Arabicè *Siphac*, membrana est tenuissima, sed firmissima, latis arborum telis immillima: pars adamantis similaris, tota sibi continua, peritonæos tunica seu membrana dicta, quod omnibus tum visceribus, tum intestinis, tum arteriis omnibus, venis, neruis, vesicæ, vulva, omnibusque partibus ventris inferiores, id est, circumferentia, tunicam præstet. Lib. 5. De anat. administ. & 4. De vſu partium.

*Vilites ipsi plurimi sunt.*  
Lib. 4. De vſu partium.

Prima, qua omnes subiectas partes, ventriculum, intestina, & que sub prænibus, id est, sepius sunt viscera contegit.  
Secunda, qua hæc prædicta ab extrinsecus incubentibus musculis interstinguit, ne aliquando tenuium intestinorum nonnulla in spatia inter ipsos media intercidant, que prementia & pressa, constantia & coarctata, dolorem facientia & dolentia, motus illorum impedian: ipsaque difficillimè recremata deforū propellant.

Tertia, ut siccæ, nutrimenti excrementsa citius subeant. Nam omnibus internis peritoneum circumferentia, & superioribus extremitatibus ad pectus, & nothas costas, in idem cum septo contenens, nonnihil circūpressorio ventriculi, & intestinorum motui auxiliatur. Siquidem à peritonæo & septo, velut à duabus quibusdam manibus, supernè quidem vnitis, inferne autem distantibus, arcetè qua in medio sunt, comprimuntur, pelunturque deorsum alimenti superflua.

Quarta, qua velut tegimen exactè circumferentia, constringit omnia, ne ventriculus & partes ventriculo propinquæ, propter flatibus prehendantur.

Quinta, ut omnia que sunt sub phrenibus, ab eo colligentur, & velut pelle quadam vnumquaque priuatim tegatur.

Peritoneum autem ex musculorum transversorum extremis carnosæ septi particulae oboritur, à qua facilius, quam à nervosa diuelliuntur. Inde ad dextram & sinistram, ad ilia vñque ad lumbi vertebras procedit. At extremitas eius superior, inferiori diaphragmatis parti adhaerescit: inferior vero, osibus pubis & ilium committitur. A phrenibus autem, ad sinistram, humilius ori ventriculi adnascit, deinde toti ipsis gibbo crassione substantia obducitur, estque id tertia tunica ventriculi extrinsecus ipsum vndique ambiens: qua etiam pro ligamento vitium natura, ad ventriculum totum cum corporibus que ad spinam sunt, colligandū. Propterea ibi duplex habetur, quanvis aliae apophyses peritonæi, quae ad instrumenta nutritionis feruntur, omnes sint tenues. Gal. lib. 6. De anat. administ. & 4. De vſu partium.

Ad umbilicum lato tenuisque tendini, puta nervosæ tenuitati (*& πυκνότερον* vocant) musculorum transversorum soluto contumax adeò cohærescit, ut ab iis

*Musculorum epi-*  
*gastrii viss.*

*De vſu partium.*  
*Peritonæi cys-*  
*mon.*

*Vſus quintus*  
*plex.*

*Connexio.*

*Peritonæi ter-*  
*tia tunica ven-*  
*triculi.*

*Peritonæi du-*  
*plex circa ven-*  
*triculum.*

*Connexio.*

B ij

T A B V L A I.

non mediocri negotio citra alicuius auulsionem liberari posit. Gal.lib.6. Dea-  
nat.administ.

Figura.

*et figura tunicae peritonei*

Foramina.

At si teorfum peritonaeum, absque omnibus qua id contingunt, possit inspi-  
ceri, circulum quendam referre videbitur, qui in quibusdam partibus laxos pro-  
cessus, in quibusdam foramina tantum obtineat. Nam ad inguina ea regione qua  
vala spermatica ad testiculos deferuntur, in signiter virinque perforatum est, &  
meatus inde dehinc maximus, ad testiculos pertinens. Ut enim vasorum sper-  
maticorum longissima ester revolutio, natura peritonei meatum fecit, & testicu-  
los inferius collocauit. Gal.libidem, & lib.1. De semine.

Peritoneū te-  
nuissimum ad in-  
guina Crubē.

Hac parte tenuissimum est peritonaeum, vnde facile ibi dilatatur, aut dissum-  
pitur. Quo dilatato aut rupto, epilooon aut intestina in scrotum deuoluuntur, fi-  
nuntque morbi, epiplocele, enterocèle, & cæteræ hernia vocata.

D E E P I P L O O S E V O M E N T O.

Omenti sub-  
stantia.

Ἐπιπλοος, sive ἐπιπλωων, hoc est, omentum, γίρης Arabicæ antiquis recte ap-  
pellatur, Galli vulgo vocant la coiffe. Ex duabus tunicis à peritoneo ortis, den-  
sis, & subtilibus, sibi ipsi incumbentibus, quam plurimis vero arteriis & venis, &  
pinguedine non pauca conflatum est: vt ventriculum, cuius fundo infidet, &  
veluti ἐπιπλων, id est, supernat, (vnde & nomen habuit) foueat, innatumque ca-  
lore per inedian tueatur. Longissime protenditur extensum in omnia intesti-  
na, vt eorum concoctiones que imbecillissima sunt, etiam adiuuet. Quibusdam  
nimantibus haud multum infra umbilicum consistit: quibusdam ad pubis off-  
descendit. Figura marsupium, sacculum, & peram representat. Maximum id ha-  
bent inter animalia homines, & simiæ: & inde plerique homines sæpe dicun-  
tur ἐπιπλωκομεσαι, quasi dicas omentigestores. Lib.4. De visu partium, & 6. De  
anat.administ.

D E I N T E S T I N I S.

Intestinorum  
tunicæ due.

Intestina τρόπα Græcis, diuibus propria tuniciis, quas Graci <i>X̄tovæ</i> vo- cant, constat.	Partim ut facultas ipso- rum expultrix sit va- lentior. Partim ut ipsa instru- menta ab iniuris o- mibus sint tutiora.	Quæ ventriculi tu- nici sunt dissimiles.	Interna carno fior est. Externa mē branosior.
---	---	---	--

Fibra.

Ambæ solis villis transuersis intertextæ. Nam intestina motu simplici indi-  
guerunt, quibus neque attrahere, neque retinere erat necesse, sed contractis un-  
dique prorsum pellere. Quibusdam tamen intestinis & præsertim crassis, qui-  
dam villi recti secundum longitudinem obtunduntur ad transuersorum tute-  
lam, quales recto intestino complures sunt.

Tertia tunica  
à peritoneo.

Habent & ipsa tertiam tunicam à peritoneo, vt & ventriculus. Naturæ o-  
mnium eadem est: magnitudine autem, & numero orbium seu anfractuum equa-  
rit. Lib.4. & 5. De visu partium, & 6. De anat.administ.

Sunt

## DE VENTRE INFERIORE.

*Tria tenuia, di  
stributio chy  
li p venas me  
fariacas ad he  
par definita  
sunt, eiusq; gra  
tia extiterunt,  
quis ipsi etiā  
insit facetas  
quedam cibo  
rū concoctrix  
vētricū ad  
similis, sed im  
becillior, & ex  
crementorum  
expultrix.*

*Sunt intestina numero sex. Galibidem, & cap. 2. lib. 6. De locis aff.*

Primū ventriculo per pylorū coniunctum, nō protinus in circumvolutions reflecitur, sed eo usque ad spinam per longitudinem 12. digitorum protēsum producitur,

Ephysis sive exortus intestini norum, 3.

quod ad venae porta, arterias intestinorū, nervis, & poris bilium continentibus (qua quatuor in medio inter ventriculum & ieiunū spatio, ferè circa huius intestini medium, locari necesse erat) amplum satis spatii suppedi-  
ta est. Ob id q̄ fine circumvolutione sit, anatomici e Phυ=

στι, hoc est, exortum in intestinū nominare consueverunt. Herophilus à 12. digitorum longitudine Λοθενα=

δάκιλον appellat, vulgo daedonum dicitur.

Secundū vocatur, n̄s 16, hoc est, ieiunū, q̄ semper sit in-

ane. Siquidē propter vasorum multitudinem, proximām, hepatis positionem, tum q̄ primum post ephysem chy-  
lum recipit, hepaticique vacuo cum fugient, plurima ac

critissima exiō fit distributio. Iten robur actionis ipsius augetur, q̄ ab ea parte non procul absit, qua primū excrementum biliosum in ephysem erumpit.

Tertium tenuē, Grecis λεπτή, subtilitas huic famili est, dif-  
fert autem, quod neque vacuum reperiatur, neque tot

vasis scatet. Ambo in variis implicantur orbes, & elati-

tiorem ventris regionem obtinent.

Quartum cecum, quod est velut vēter quidam crassus, ex-  
crementis recipiens idoneus, in dextris ipsis locū ha-  
bet idoneum, rene dextro altius adpenso. vulgus chirur-  
gorum, *saccus* & *monoculus* appellant.

Quintū καλός, crassum intestini, alijs carnosius, à dextra

iliū regione ad sinistrum super ventriculi fundum fer-  
tur, donec sappenumero & hemem & fecur attingat.

Sextum rectum, spina è directo incumbens (cynēomen sumpsit) spatio sum, exrementi receptaculū, ad fedem

usque porrectū est. Vulgo longanum dicitur. Ad hoc in-  
testinum quinque venarum rami (vt nonnullis placuit)

aut plures, aut pauciores pertinent, venæ, hemorrhoides

dicitur, de quibus in descriptione ani dicetur.

Singulis intestinorum circumvolutionibus, singuli disseminantur nervi à sex-  
ta cerebri coniugatione, sensi & excretioni inferentes; quo modo via atque  
arteria. Lib. 5. 9. & 16. De vſu partium.

## DE MESENTERIO SEV MESA R A E O

*Mesentericus & mesentericus, utroque nomine ab accidentibus ipsi indito, me-  
senterio quidem à situ, quod medium sit inter intestina, mesafeo autem à propria  
substantia, ibi qui etiam lactes vocant. Plinius tamen cap. 37. lib. n. lactes tenuia  
intestina esse dicit. Originem dicit ex peritonæo iuxta spinam, multis tum venis,  
tum arteriis & adipice, præterea duplicitate peritonæo media inter hæc vasa spatha  
contexente, conflatum. Gal. lib. 6. Anat. ad. & in fine 4. De vſu partium.*

Omnis venas ex iecore in ipsum descendentes (vnde metaræ & mesaræ  
appellantur) vna cum vicinis arteriis & nervis in orbem complectitur, quemad-  
modum intestina singula ad quæ quamplurima venarum oscilla penetrant, velut

B iii

Cecum, 4.

Colon, 5. qd. ov. yolk. excreto  
cum exponit colorem quo ligantur  
Tos. yolk. yolk. yolk.  
Rectum, 6. atque evanescere habet  
yolk. yolk. yolk.  
Vena hemorrhoides.

Nervi intestini.  
Vene.  
Arterie.

Nominis ety.

mon.

## T A B U L A M I.

arboris cuiusdam radicum extremae ac tenues extremitates. Colligens vero natura, ut in arboribus exiguae illas radices, in crassiore sita in animalibus vasa minoria in maiora, & ea rursum in alia maiora: idque semper agens usque ad hepar, in vnam omnia venam coegerit, que ad portas sita est, & vena porta appellatur, cuius diuincionem trademus in hepatice. Pari modo arterias omnes in vnam magnam dorso incumbentes contraxit. Gal. ibidem.

*Vene ad portas excurrentes, manus hepatis.*

*Vene proprias mesentericas et caudae, intestinum tridentes.*

*Mesenterium et siccus.*

*Pancreas.*

At vena aliæ mesentericæ, versus icoros portas tendunt distribuendi chyligratia, unde & manus icoris dicuntur, in quibus primum etiam sanguis generatur. Aliæ propriæ sunt ipsius, intellectu nutriti disipsi dicatae, haudquaque ad hepar traientes. Verum ut & herophilus dicebat, in glandulosa quedam corpora definuntur: cum ceteræ omnes sursum ad portas referantur. Gal. ibidem, & cap. 7. lib. 5. De locis affectis.

Porro ne vasa commemorata salienti, aut impingenti, aut pulsato vehementer extrorsum animali, comprimantur alicubi, aut omnino afficiantur, natura mesenteriorum ipsum in spatis inter vasa inanibus duplex quod singula induat, siisque ipsius instar vinculi ac munimenti validi, constitutus. Gal. in fine lib. 4. De usu partium.

Cum autem vena, arteria, nervus, & qualcum cum eis, vas bilem continens, ibi in ramos admodum sublimes atque erectos diuarcarentur, natura glandulosum quoddam corpus fabricata, quod πάγης appellamus, subfatur, ac in orbem omnibus circundedit, divisioneque repleuit, ut nullum ipsorum facile iam findatur, aut sine fulcimento sit: sed quum in hoc molli & mediocriter cedente corpore conquescant, si motu cieantur paulo vehementiore, illæsa, inconcussa, in fractisque perpetuo conseruantur. Gal. ibidem, & initio lib. 5. De usu partium.

## D E V E N T R I C V L O.

**V**ENTRICVLVS, quem Græci γαστερ & κοιλία vocant, cibi est receptaculum, velut promptuarium quoddam omnium particularum coniunge, in quo sit prima concoctio. In medio animalis, sed in dextris magis postitus est, rotundus, oblongus, cauis, fundo in hominibus latiore, quam sit ipsum orificio, lib. 4. De usu partium.

*Tunica 2.*

*Fibra.*

*Tertia tunica à peritoneo.*


Duab<sup>z</sup> tunicas cōstat, cesophagi tunica similibus, intestinorum dissimilibus. Gal. ibidem.

Interna membranosa est, tunica cesophagi interna, oris, & asperæ arteriæ continua: villosa rectis quamplurimi superne deorum tendentibus, obliquis vero paucis intertexta.

Externa carnosior, villosa transuersos habet, quales habent due intestinorum tunicae: id que merito.

Siquidem ventriculus trahat oportet ad seipsum per cesophagum cibum & potum, tanquam manibus, rectis his villis, propellat vero transuersis. Habet & tertiam tunicam crassam à peritoneo, ut supra dictum est, quam sane experimentum quoddam ac propugnaculum secunda tunica carnosæ circumposuit natura, eaque pro ligamento viritur ad ventriculum totum cum corporibus quæ ad spinam sunt, colligandum. Quoniam enim magna particula est ventriculus, maximisque sustinet distensiones, quæ ipsi accidunt à cibis & potibus, merito fortibus vinculis atque experimentis egreditur. Gal. ibidem.

Ventriculi



## DE VENTRE INTERIORE.

4

Ventriculi duo sunt  
orificia.  
Gal. ibidem, & cap.  
5. lib. 5. & cap. 2. lib.  
6. De locis aff. &  
De dissec. venarū,  
apho. 39. lib. 6. &  
56. lib. 7.

Supernum ad sinistrā situm, cœphago continuum, os ventriculi & abusu flomachus nonnunquam appellatur, veteres cor nominabant. Est autē altero latius & amplius factum, quod moles non tritis, duras, ac magnas aliquando transglutinat animal, quæ, vt transirent, ampliā viam eam que per gulam ferre oportuit.

Infernum ad dexteram prope iecur situm, intestinis continuum à parte similitudine πυλαρες, id est, ianitor dictus. Strictius est superior, q̄ inferne nihil oportet transire magnum, durum, non verum in chylum, atque in coctum: sed velut ianitor quispiam iustus, nulli ante quam in chylum redactum sit & concoctum, facile concedit ad inferna transitum.

Os ventriculi.

Pylorus.

Vene è mesareo quamplurimæ ad intestina, pauce ad inferiora ventriculi, pauciores ad eius orificium, paucissima, ex quo omnino obfcuræ ad cœphagum immittuntur. Siquidem hic, via eis solùm ciborum: ventriculus vero, coctionis instrumentum: ut distributiovis, intestinum. Vbi sane cibos solùm coqui oportuit, omnino paucis opus fuit venis transfluentibus, quicquid iam benignum & vtile fuerit. Quod vero iam coctum est, quām citissime distribui conuenit: i p̄li autem via cibi pro seipso solùm erat opus venis. Merito igitur ipsa quidam paucissimas habuit venas: mediocres autem, ventriculus: copioas intestina. Gal. lib. 4. De v̄tu partium.

Item arteriae exiles, magna illius per spinam reptantis fiboles, vitalis roboris Arterie. gratia in eum perueniunt. Lib. De dissec. art. &c. 16. De v̄tu partium.

Neruorum par haud mediocre ex sexta cerebri coniugatione ad ventriculum defertur, & disseminatur: contextique maximè os cius & partes ipsi continuas, & in alias iam partes vsque ad fundum ipsius ventriculi protenditur, per quos velut per canales quosdam vis sensifica ipsi à cerebro adfluit, qua sentit indigentiam. Lib. 4. & 16. De v̄tu partium.

Ad hæc vas venosum ex lycene in os ipsius porrigitur, quod humorem defert. V̄s venosum ex lycene. melancholicum, quo vt frigido & acido appetitus excitatur, ventriculus constringitur corroboraturque. Gal. lib. 4. De v̄tu partium.

## DE HEPATE

H'παχ, Latinis iecur, facultatis concupisibilis, omniūque φλεγη, id est, venarum principium, & primum sanguinis generandi instrumentum, quibusdā λαβετ, id est, fibris tanquam dignis ventriculum ad vnguum complectitur. Maxima eius portio dextram sedem occupat: quanquam & sinistram: sed non æquæ in omnibus. In hominibus perquam magnū est: gulosis & timidis matuis, in plurique lobos diuisum. Loborum autem non unus est in cunctis animantibus numerus. Etenim in quibusdam ne lobos quidem habet, sed ex toto rotundum est, minime rectum: quibusdam duos, alii plures multis & quatuor obtinet. Porro quā diaphragma attingit, gibbum est & læve: quā vero ventriculo infidet, carnum est & inæquale. Caro eius propria sanguiini incrallata, portione tenuiore à calore exhausta similis est, quam, vt cetero viscerum, Eratistratus παρέχυπα, hoc est, affusionem vocat, prima sanguificationis officina. Tunicae habet tenuis simam à peritoneo, in quam nerius minimus à sexta cerebri coniugatione infertur, intro vero non etiam peruenit euidenter. Ipsi enim visceri satisfuit ab ipso

Figura.  
Substantia.  
Tunica.  
Neruus.  
Lobi.

T A B V L A . I.

neruo sensum quendam obscurum, ut qui per distributionem sit recipere. Nam quum nullus in eo fucus malignus & acris manatur esset, sensu maiore haud quam indiguit. Gal. lib. 4. & 5. De vnu part. & 6. Anat. administ.

*Porta iocinoe Ex substâta huius visceris, duæ magna oriuntur venæ, trûco arboris proportionate respôntentes.*  
Gal. ibidem, & 16.  
De vnu part. & De dissect. venarum.

*Divisio venæ portæ, quæ portæ.*  
Vene portæ, quæ ferè circa medium eophylæos obliqua deorsum fertur, rami insignes sunt 7. Gal. De dissect. venarum.

*Plexu venæ rum vitilas.*  
Vena cava.

Vna ex caua seu summa parte, omnes mesenteri venas excipiæ, superficiariæ & caudicis nomine *Σεληνία*, anatomicis porta iocinoris appellatur. Hac ex ventriculo & intestinis chylum transflumit, ac in lienem melanocholicum succum expurgat.

Altera ex gibba prodit, omnium maxima, quæ *ιπποδίλλος* id est, iecorari, & *κολπός* id est, caua, ob magnitudinem dicitur, per totam animalis longitudinem excurrens: quia sanguis omnium partium nutrimentum per vniuersum corpus diffunditur. Vulgo *vena chilis* corruptè vocatur.

Primus ad concavum ventris pertinet.  
Secundus ad lienem. Cui toti vbi propagines multæ sunt transmissæ parte caua, quedam portio huius venæ ad gibbum ventriculi emergit: quedam ad sinistram osti regionem diuincatur.

Tertius ramus ad sinistram, extreum magnorum intestinalium mesenterium ad sedem usque perreptat.

Quartus à dextra parte venæ portæ prope pylorum ortus, ad gibbum ventris effertur: cuius propagines ad ostium dextram partem tendunt.

Quintus etiam à dextra parte, ad colli mesenterium numerosiore venularum propagine adit.

Reliqua tota portio venæ, quam portas appellari diximus, ad medium duorum praedictorum mesenteriorum peruenit: quæ etiam multis ramos mittit in primum intestinum ieiunum: deinde in omne tenuerint intestinum.

Postrema eius pars, tum cæcum intestinum, tum quandam colli partem, qua ipsum cæco adnectitur, intercurrit.

Has venas omnes, quæ à ventriculo & intestinis omnibus chylum sursum ad hepatis feruntur, cum vniuerset natura ad portas, rursus in quamplurimas diuifit. Primis singulos iocinoris lobos, singulos ramos insignes inferit. Hi rursus in multos exiles diffunduntur, tanquam caudex in ramos: deinde illi rursus in surculos cauam, ut chylus diutius in hepate immoratus ob tantum vasorum plexum, & transitus angustiam, perfectè in sanguinem transmutetur. Gal. ibidem, & lib. 4. De vnu partium.

Vena cava ex gibba hepatis enata, trunco cuiam bifido absimilis, sursum ad cor, deorsum ad ipinam reficitur: eloque veluti aquæ ductus quidam fangue plenus, riuisque quamplurimos à sece manantes habet paruos & magnos in omnibus particulas animalis distributos. In hac vena sanguis ruber iam, & purus, sursum ad gibbum hepatis ascendens, excipitur, multo tamen adhuc humore tenue & aquosum plenus: quod serofum recrementum Hippocrates ὄχυμα θορός, hoc est, vehiculum nutrimenti appellat. Gal. lib. 4. & 16. De vnu partium. Divisionem autem

## DE VENTRE INFERIORE.

5

autem huius venæ paulo post aggrediemur.

Porrò venæ quæ sunt in gibbis hepatis, non coniunguntur cum iis quæ ad sanguina sunt, ex his tamen omnibus simarum partium venis cibus exiens, ad gibbas partes transfluitur. Venæ autem omnes, quæ sunt in hepatæ, omnium venarum, qua per totum corpus sparguntur, tenuissimas habent tunicas, eeu nulli patienti di periculo expposita (sedem enim habent tenuissimam in viscere) & melius ita sanguinem elaboraturæ, contactu corporis hepatis immediatiori. Gal.lib. 4. De vñ partium, & 5. De locis affect. cap. 6.

Arterias autem, quæ caloris natui symmetriam toti visceri conservant, soli causa parti subiecta natura, haud ignara gibbae continuum esse motum ex phrenum vicinia. Hæ autem admodum paræ sunt, ut quæ refrigeratione solum similis visceris suffident. His adhuc minor nervus: maiores ambobus sunt meatus item continentes, de quibus mox dicetur: omnium vero maxima venæ. Lib. 4. De vñ partium.

### DE VESICA FELLIS.

Hæc parte caua, hepatis subiicitur vesica seu folliculus sellis, quam κερατηνον ονομαζουν, id est, vesicam bilis suscepitricem, vulgo cystis sellis dicitur, à qua originantur meatus, quos νεφες χολησάχει etiam vocant. Nam eiusdem cum illa vesica substantia sunt, bilémq; non sanguinem continent, neq; solum sunt in hepatæ hi, sed etiā extra hepar: quemadmodū is qui peruenit ad ephysim, etiā hi qui in ipsam vesicam perrumpunt, quæ ne ipso quidē pars est hepatis. Lib. 4. De vñ part.

Hæc vesicula prælongo collo vélut stomacho quodam bilem folam exocco re attrahit recipitq; alteroq; meatu emittit in ephysim inteflinorum. In quam meatus hic obliquè infertur, non aliter quām yreteres in vesicam maiorem, nequid inde regurgitct, mira natura prouidentia. Hæc Gal.lib. 4. & 5. De vñ part. Idem tamen lib. 3. De nat. facult. vesiculam hanc per vnum idemque collum impleri & vacuati diversis temporibus adfirmat.

Ad hos motus peragendos, vnicam habet tunicam propriam, tribus villorum generibus textam, (aliam enim habet villorum expertem à peritonæo, vt certæ partes ventris inferioris) rectis trahentibus, obliquis retincentibus, transuersis repellentibus: veluti vesica quæ vrinam excipit, & vterus. Habet & illa arteriam & nervum, ab his quæ in hepar ipsum inferuntur, deductum, parvum vtrunque admodum ac vix conspicuum: venam vero sensilem atque perspicuum ab iis quæ sunt ad portas, productam. Tria hæc vasa collo ipsius infiguntur, inde in ipsum totam dispersa, ad fundum visque perueniunt. Lib. 4. & 5. De vñ partium.

### DE LIENE.

Σπλήνων, Latinis lien, in sinistra parte consistit, concavus ipsius in dextram ad hepar & ventriculum conuerso, gibbo vero ad notharum costarum extrema. Magnitudo & color non idem omnibus inest. Quippe leo, canis, omniāque fortia & calida animalia nigrum admodum obtinent: suis autem & humidiiora frigidioraque, albicanter magis. Gal.lib. 6. De Anat. Administ. & 4. De vñ partium.

Proprium huius visceris corpus, rurum admodum est, arteriosum, ac laxum instar spongiae cuiusdam, vt succos crassos ex hepatæ facile & attrahat & excipiat: Ieiunus est quām hepar, non tamen rubicundius aut flauius, quia subtili, sed atro sanguine nutritur. Quanto autem rarius est hepatæ, tanto est pulmone crassius. Lib. 4. De vñ partium.

Purgat spleen limosos & crassos ac melancholicos succos in hepatæ genitos. Attrahit enim hos per vas venosum ex simis partibus ipsius splenis ad portas ex-

Gibbae partis  
venæ, cū simile  
venis non co-  
cunt.

Tunicæ venar-  
rum in hepatæ  
tenuiss. vñs.

Arteriarū sit<sup>o</sup>  
in hepatæ vñs.

Magnitudo vñ-  
serum hepatis.

Folliculus fel-  
lis, & ipsius  
meatus.

Actio.

Fibra.

Nervus.

Arteria.

Vena.

Situs.

Magnitudo.

Color.

Substantia.

Actio.

T A B V L A   L

tensum, tanquam per stomachum quandam : attractos consicit, & subtiliori nutritur : quod autem inutile fuerit ad nutriendum, hoc ad ventriculi os per alium quandam venosum stomachum eructat, vtilitatem illic, vt diximus, haud contemnendam praestatum. Gal. ibidem.

Sima pars huius visceris arteriarum multarum & magnarum, tum venarum implantationes continet. Ex his crassis, illis tenuius alimentum attrahit. Gal. ibidem.

Tunica qua ipsius ambit a peritoneo ducta, non modò est vinculum, sed etiam tunica (vt & nominatur) tegens & vestiens omni ex parte ipsum viscum. Nervum autem à sexta cerebri coniugatione exilem recipit, vt & renes, & vesica bilis excipiant. Hec enim tria, quæ iescur ipsum expurgant, sensum maiorem non potularunt, quod à propriis & sibi familiaribus excrementis in se comprehensis nihil unquam incommodi essent acceptura. Lib. 4. & 5. De vnu partium.

D E R E N I B U S   E T   P A R T I B U S   V R I N A E   D I C A T I S.

<i>Vene causa diuisio.</i>	Vena causa ex gibis hepatis emergens, vt diximus, bifariam procedit. Libello, De calcu lo, & 16. De vnu partium.	Sursum, & hæc vulgo <i>vena nolam ascendens</i> , vocatur, de qua cetur tabula secunda.	Vna ad renes, de qua nunc agitur.
<i>Due vene sanguinis seru deferentes.</i>		Deorsum, & hæc vulgo <i>descendens</i> dicuntur, cuius rurus triplex est propago.	Altera ad testiculos, de qua paulo post.
<i>Arterie totidem.</i>			Tertia ad crura, de qua tabula quarta.
<i>Renum actio.</i>			
<i>Nutritio.</i>			
<i>Substantia.</i>			
<i>Situs.</i>			
<i>Nervus.</i>			
<i>Sinus renum.</i>			
<i>Vrcteres.</i>			

Vena causa, simul atque ex hepate primum emerget, prius quam in lumbos descendat, elatior adhuc existens, vicinis partibus praetenues impertit surculos. Deinde ramum maximum in vtrunque renem subiectum mittit. Similiter alia duo vasa æquè magna, à maxima arteria, quæ spina iucumbit, profecta, nō aliter quam vene in renes inferuntur. Quæ vene & arteria, vulgo *enulgentes* appellantur. Nō per has, renes vrinam à sanguine fecernunt & trahunt: simul etiam multum bñ, ac propemodum omne id, quod ipsæ continuerint, attrahunt: multum etiam & sanguinis, quod scilicet in eo est humidius ac tenuius. Sed biliosi excrements, quicquid non admodum crassum fuerit, cum vrinis permeat, vnde vrinæ flauescunt: sanguis verò carni ipsi renum aspergitur instar fecis cuiusdam: inde iam paulatim vaporis modo, in totam ipsam dispergitur, adhæret, vnitur, atque demum alimentum fit renibus. At quanto ren dexter altero est altior, tanto & varorum quo in ipsum infiguntur, productio eā est altior, quæ in alterum infundit. Lib. De disst. & ven. 5. 14. & 16. De vnu partium.

Renes autem hi, qui Gregorius *vphus* dicuntur, carne densa sunt & solida, prope venam cauam siti, paululum sub hepate. Dexter in omnibus animantibus eminet elatior, nonnunquam magnum iecoris lobum attingens, quia ita expeditius ex directe oppositis attrahit. Habent ipsi percutiū cerebros quantum hepar, lien, & vesica bilis excipiant. Omnia enim hæc exiles omnino recipiunt nervos, in suis iporum tunicis extrinsecus conspicuos, quorum rationem ante diximus. Lib. 5. & 14. De vnu partium, & 6. De anat. administ.

Porro sinus quidam, in quo vasa plures in ramos diffunduntur, in utroque rene existit, membrana quadam circundatus, qua vrina distillat in alterum sinus minorem, quem excipit meatus oblongus *ipmē* dictus. Lib. 6. De anat. administ.

Meatus hi, per quos renes in *Velicam* vrinam expellunt, ab vrina *venientes*, id est, vrinarij dicuntur, ex renibus singuli, albantes, validi, substantia vetrica, in quam

## DE VENTRE INFERIORE.

quam vtrinque obliquè inseruntur, ne quid inde sursum ad renes remeat. His peculiari est tunica, similiter aliis omnibus, quæcunque peritonæo suspensa sunt obducta. Gal. ibidem, & 5. De vñ partium.

## DE VESICA.

Kl. 51 & 10. 51, Latinis vesica, vñtæ receptaculum, duobus tunicis constat, quærum exterior à peritonæo oritur. Interna plus quam duplo crassior, ipsius vesicæ propria est, cui, vñ minori vesicæ, omnis librarum species inest, quarum varietas efficit, & maximè obliquarum, ne continua intemporalie excretio fiat. Lib. 1. De facult. nat. & in fine 5. De vñ partium.

Collum vesice in feminis latum & exiguum est, vt quod omne fistendum ibi fuerat: magnum vero in masculis, quod hi particula quadam insigni ad extremum collum vesicæ sita exuperant, quam collem appellant. Inest & ipsi vesice meatus angustus & admodum obliquus. Subest enim i phis pubis ossibus: subiacentque ei inferne, rectum intestinum, & os sacrum, atque in feminis collum etiam uter, quo loco omni secundum animalis cuiusque longitudinem fertur deorsum, quo usque extra ossa emicuerit. Inde autem secundum perinæum fertur sursum vñque ad ipsum virgæ virilis exortum: post hinc rurus deorsum per ipsam virgam. Ex quo intelligi potest ipsum admodum esse obliquum, instar S. Romanæ literæ potissimum. Porro in mulieribus vñcam habet meatus hic in collo vesice flexionem. At viris, vt quibus pudendum extrorū ad collum vesice prominat, secunda velut auctarium accessit. Quo perspicuum fit, viris quidem necessariò contigisse, vt magis in feminis vero, ut minus flexuosum haberent meatum virinarium. Gal. ibidem.

Huic collo vesicæ meatusque virginali, musculus transuersis praeditus fibris, circunsitus est, triplicem vtilitatem praestans. Gal. ibidem.

Prima est, vt nihil in meatu virinario relinquitur, sed contractus vndique, depellat quicquid in ipso continetur.  
Secunda, vt ori vesicæ claudetur opituletur, licet sine ipso claudi possit.  
Ultima, vt excernēdorum celeritatem acceleret.

## Vesica tuni-

ce 2.

Fibra.

Collum refice-

re.

Meatus virgina-

ris.

Musculi colli  
vesicæ vñs tri-  
plex.

Nervi vesicæ.  
Vene.  
Arterie.

T A B U L A  
D E V A S I S S P E R M A T I C I S E T P A R T I B U L  
G E N I T A L I B U S I N M A S C U L I S.

Vasa spermatica.

*Aīseā cōrēpūlūdāid est, vasa semi-  
nalia, in masculis lata, longa, varico-  
sa, dura, quā per illa deorum ad te-  
stes sanguinem & spiritum deferunt, &  
semēa p̄parantia nominantur, sunt  
quatuor. Lib. 14. De v̄su partium, &  
De dissect. venarum.*

Vasorum an-  
fractus.

Generatio fe-  
minis.

Epididymidis  
fistula, & sub-  
stantia.

Testiculorum  
musculi.  
Substantia.  
Figura.

Dux venae,  
vtrinque v-  
na quā ortu  
suo variant.  
  
Dextra ab ipsis caua, non  
latere, sed medio ferè sub  
ca, quā hac parte in re-  
nes tendit, ortur.  
Sinistra vero, ex ea quā ad  
renes fertur, procedit, cui  
nonnunquam ramulos à  
caua accedit, & cum hoc  
vnā pergit.  
  
Arteria totidem, vtraque parte singula, &  
magna arteria, quā spinæ incubit, ortu.

Vasa hæc ad vtrunque procedunt testiculum, non recto itinere, sicut ad alia  
vniuersa, verū multifariam prius inuoluta, capreoli ac hedere modo. In his mul-  
tis anfractibus, vena superiaret arteria, vtraque flexus multos, numero reales  
efficiens, instar inuolucrorum quorundam variè implexorum: quo in plexu san-  
guis & spiritu, qui ad testes fertur, diutissimè coquuntur: clarèque cernas hu-  
morem, qui in primis flexibus habetur, adhuc fauguineum, in sequentibus dein-  
ceps magis magisque albescere, quoad in omnium postremis in testes terminatis,  
totus albus omnino fuerit redditus. Ipsis igitur venis & arteriis, nedium testiculis,  
generatio feminis inest: sed in illis paucum, & roris modo sanguini permixtum,  
& tardè: in testibus contrà, copiosum, celeriter, & exactè elaboratur. Lib. 1. De  
feminis, & 14. De v̄su partium.

D E E P I D I D Y M I D E.

*Eπιδιδυμος, superior est pars seu caput testiculi, inter vas spermaticum & te-  
sticulum, non situ modò, sed etiam totius substantiae genere media. Tanto enim  
spermatico vase mollior est & carnosior, quanto testiculo durior & neruosis.  
Quare huius interuentu testiculi spermaticis vase connectuntur, imò initium &  
radix horum est epididymis, ex toto testiculo semen ad se aliens, quemadmo-  
dum ex ea in vas spermaticum deferens transfluitur. Huic epididymidi arteria &  
vena anfractuosis circuolacionibus adhaerescunt, ac exiguum quandam ex se  
propaginem ei transmittunt, prius quam testiculum ingrediantur, in quem exil-  
la complures fistulae scrofae humoris plenæ pertinent. Lib. 1. De feminis.*

D E T E S T I C U L I S.

*Testes seu testiculi, qui Græcis ζεχει & Aldobrandi id est, gemelli Herophili di-  
cuntur, in mare sub ventre abducti foras prominent penduli, ob id & musculus  
ad ipsorum ytrunque vnuus, ab ilibus peruenit, vt iij etiam motus voluntarij sunt  
participes: molli carne prædicti, rotundi, oblongi, laxi, ac cauernoi, vt humorem,  
qui in vasis ceptus erat concoqui, excipientes & ipsi rursum percoquant, perfe-  
ctum ad animalis generationem, ac calidiorum efficients. Dexter autem sinistro  
est varicosior, flexuofior, fortior, calidiorque, vt in feminis matrix dextra, tum  
propter hepatis viciniam, tum quod vasa que ad ipsa fertur, à magnis vase que  
sunt ad spinam proficiscuntur, vt suprà diximus. Hæc igitur duo sunt masculo-  
rum*

## DE VENTRE INFERIORE.

7

rum generationis principia, in feminis quidē dextra matrix, in masculis verò de-  
xter testiculus. Ut plurimum enim masculus in dextra, femina in sinistra matrice *sinistris cali-*  
*inuenitur. Aliquando contrarium accidit, sed raro. Lib. 14. De vſu partū. De con-*  
*ſectione vulae, & A pho. q8.lib. 5.*

*Externa*  
Duæ tunice seu mēbranæ vruū-  
que testem operantur.  
Lib. De confec. vulae, & in in-  
troduct. *Interna* tenuior, Grēcis ἐγύρωσθε dicitur. Membrane te  
libidinosa. Externa valentior, interna vehementer adha-  
ret, quam Grēci οὐλάτη appellant.

Communis deinde omniū sinus rugosus, utriusque testiculo circundatus, σχοτός  
Grēcis, Latinis scrotum, vulgo *bursa testium*, Guidoni *osseum corrupte* dicitur. Scrotum.  
Gal. Ibidem.

## DE VARICOSEO PARASTATE.

Vasa spermatica p̄dicta, vulgo *preparantia* appellata, quæ epididymide adhē-  
rere diximus, definunt in meatum spermaticum longissimum, vtrinque vnum, va-  
noscum processu iuxta vesicæ collum, vnde Herophilus primus ταράξει μηνε-  
οειδή, quasi assidentem & auxiliatorem variciformē nominare occ̄pauit. Qui  
meatus ex epididymide genitū transfluit, ad pudendi originē effert, vnde vul-  
go etiam *vasa deferentia* huic ejaculatoria appellantur. Lib. 1. De semine.

Meatus hi varicoses, vtrinque singuli ex epididymide erascentes, qui qui-  
dem iuxta originem testiculum contingunt, non tamen ex eo procreantur: quā  
vasa *preparantia* dicta descenderunt, eadem per peritonæum (quod h̄c insigni-  
t̄er vtrinque p̄foratum est, vt diximus) membranā inuoluti tendunt: inde rursus  
non amplius extra pubis offa, verū penitus, subterque ipsa in declive inter duo  
corpora glandulosa, de quibus mox dicetur, porrigitur, vñsq; dum ad vesicæ col-  
lum, quod genitale est continuū, peruenient. Vbi sinist̄ & dexter in vñ coēt  
meatus, qui recta sub collo vesicæ in vrinæ canalem fertur. Itaque vasa hec quæ se-  
men à testibus acciperent, eo modo in maribus ad pudendum exp̄r̄ecta sunt, &  
ad meatum, qui illic est, orificio adaperta, per quem etiam lotium foras emittitur:  
quod mares ipsos semen foras ejaculari oportet. Gal. ibidem, & lib. 14. De vſu  
partium.

## DE GLANDULOSO PROSTRATE.

GLANDULOSA corpora, quæ primus etiā Herophilus *ζελωτεῖς προστάταις* a-  
rit̄, quasi glandulosos praesides appellantur, vtraque parte colli vesicæ sunt locata: *Glandulosas* a *glandulis prostratis* ut  
in quibus humor quidam spermati famili, verū testiculus longè continetur, qui  
in coitu repente ac simul vñ cum semine elabitur, reliquo autem tempore omni  
paulatim, & quæ sensu non deprehēditur. Utilitates eius sunt, tum quod ad vene-  
reum coitum excitet, tum quod in coitu delebet, deniq; quod crassus ac visco-  
fus, inflat olci, meatum vrinarium humectet & inūgat aduersus vrinæ risionem,  
& ne exiccatus confidat, prohibeatque quod minus per se lotium ac semen facilē  
ferantur. Propterea ipsi maris pudendo ciuimodi pr̄sidium naturam suppeditaſ-  
fe multo magis conuenit quæ de cauta, masculi glandes h̄a notandæ magnitudi-  
nis insunt. Gal. ibidem, & in fine lib. 2. De semine.

## DE PUDENDIS.

MARES particulâ quadam insigni ad extreum collum vesicæ sita foeminas

C

T A B V L A . L . M I V .

*Pudendi viriliſ ſubſtantia.* exuperant, quam Græci καυλόρ, Latini colem, penem, mentulam, virgam, & pudendū virile nominant. Corpus eft neruofum, pendulum, prælongum, cauum, ad omniuque fistulofum (excepta ea parte quam glande vngent) omni humore vacuum, ad venerē ac ſemen excernendum aptiſimū. Ex obſibis pugbis, (dque ex ſuperioribus iploſu partibus enaſcitur. Sic enim plurimum ab antea eft diſiitum, tum ad coitū locum oportunum naſcum eft. Ex osfe emerges, non aliter quam reliqua omnia ligamenta: ſolum autē ex omnibus eft cauum, quod viuita ita flagitet. Ex osfe, in quam, emerges, tum propter ſubſtantia, tum quod ad ipsius actionem ſic erat melius, ut rectum ac ſtabile totum pudendum feruaretur, a corpore ſtabili exortum. Lib. 5. & 15. De vſu partium, & de locis affect. cap. 6.

*Meatus ſemini et lotio conmutans.* In partibus pudendi inferioribus, feminis meatus qui lotio etiam eft communis, ſecundum longitudinem exporrectus, medius eft confiitutus. Incubat autem huic neruus cauus, qui ſpiritu refertus tendit, inde penis erigitur. Vtraque verò horum parte, duo adhaerescunt muſculi, ut meatus eft à manibus quibusdam in utrāq; diſtractus, dilatetur, toto pudendo ſtabili manente. Vtile ſanè eft meatus, dum ſemen excernitur, laetiſimum ſimul & quam rectiſimū per huiusmodi conſtructionem feruari, quod ſemen totum ſibiipſi continuū, conſeruit quam celerrime ad matricum ſinū perueniat. Lib. 15. De vſu part. & De locis affect. loco predicto.

*Pilorum circū pudenda vſus.* Circum pudenda pilī neceſſariō prouenerunt (calida enim ac humida ſunt hæ loca) operimentūq; ac ornamentum eius loci partibus prabent, nō aliter quam nates quidem anno, præputium autem pudendo. Lib. n. De vſu partium.

*Glans.* Ceterū ſummitas penis, βάλανος, id eft, glans dicitur, in qua fistulofus natus non ingreditur, ob id æqualem ſemper habet magnitudinē. In introd. & cap. 6. lib. 6. de locis affect.

*Preputium.* Cuticularis excreſcentia, intus caua, qua glandem tegit, πάθη Græcis, Latinis præputium nominatur. In introd. & lib. 2. De ſemine, & 14. De vſu partium. Ariftoteles aliter ſumit cap. 13. lib. 1. De historia animal. Nam dicit cutē, qua glandem integrit, carere nomine, & totum quod ex ea cute glandeque conſtat, præputium appellat.

*Raphe.* Inferior penis pars in longitudinem vergens, ἡαφή, quaſi futura vocaturique verò aduſque ſedem producitur, τελεός. In introd.

*Taurus.* Spatiū penem & anum intercedens, τερανός Græcis, Latinis ſemen dicitur. Lib. 1. De locis affect. & Aphro. 80. lib. 4.

D E V E N I S , A R T E R I I S , E T N E R V I S P A R T I V M  
G E N I T A L I V M V T R I V S Q V E S E X V S .

*Vene.* VENAE & arteriæ non maximæ ſolū, ſed etiam duplices ad partes genitales perueniunt. Alterum enim earum ſugim ex locis renibus proxiq; proficiuntur, quod in teſticolos diſtribui diximus, & in foeminiſ matricum fundū preteruehitur, v. inſtrā dicetur. Alterū autem ex vafis, quaſe ſunt ad os ſacrum, ſeiu clūm, partibus inferioribus nutriendi ſolū gratiā inſcritur, vbi primū in foeminiſ quidem matricis collū, in marib⁹ autē virga exoritur. Nā partes omnes matricum inferiores, & ipſarum ſtomachus, ac præterea tum quaſe ad muliebre, tum quaſe ad virile pudendum attinent, ex iis vafis nutriuntur. Utilitas autem ipſarum, alia quidem eft, vt magnarum alia autem, vt dupliči. Quum enim non libiipſi ſolū matrices, ſed etiam ſortibus alimentum comparent, idcirco magnis indigēt vafis. Magnis autem etiam teſtes indigēt, quod neque ipſos ſolū nutrit: verumetiam ſemen gignere oporteat. Lib. 14. De vſu partium.

Nero-

Neruorum autem iugum mediocre à spinali medulla-ossis sacri, simul cum vasis quæ ab his, quæ sunt ad os sacrum, emergunt, extenditur ac dividitur. Crafsties autem eorum exactè pro vnu ipso est mensurata. Nam matricibus totis & partibus medeculorum omnibus, quæ ad testiculos & scrotum pertinent, paucissimis & exiguis opus fuit nervis, qui in ipsas distribuerentur: vt quæ neque ad senum exactiorem, neque ad motum aliquem voluntarium inferuant, sed ne meatus quidem sint exrementorum velut intestina. At virga maris, & matricum stomachus, atque alia quæ ad pudendum ipsum pertinent, tanquam sensum quendam exactorem ob coitum venereum postulant, meritò nervos plures & insignes magis sunt adepta. Prout de hoc neruorum iugum neq; admodum est tenue, vt id, quod in hepate est, liene, ac renibus: neque ita insigne, vt id, quod ventriculo ineft: sed crastis amborum, quoad fieri maximè potest, est medium, quod & mixta quædam ab ipso, instrumentis accessura erat utilitas. Gal. ibidem.

## DE ANO.

**A N V s.** podex, sedes, quæ Græcis εὐθύης dicitur, locum in animali meliorē ha-  
bere non potuit, per quem aliui excrementa effluerent. Non defūnt tamen qui na-  
turam infētantur, quod non per pedes constituerit effluere excrementa. Sed ij  
diffluunt adeo delitiae fracti sunt, vt graue ipsis esset, electo surgere reddendo-  
rum aliui exrementorum gratia. Quorum quām ridicula sit natura accusatio,  
probè ostendit Gal. lib. 3. De vnu partium. <sup>ap. 10</sup>

**Nates** quæ πυγαὶ & γαστὴ Græci vocant, musculi carnosí constituunt, quos homo non habet decurtatos & ridiculos, vt sola inter animalia simia, sed bellissi-  
mè fitos, tum ad decus partium necessariarū, tum ne anus fedendo contundere-  
tur, aut alioqui angeretur. Lib. 15. De vnu partium.

Musculi autem  
ad anum sunt  
tres.  
Lib. 5. & in fine  
4. De vnu part.  
& in fine 6. De  
anat. administ.

Duo obliqui, non magni, sed membranosi, latèque vtraque se-  
dis parte supra rotundum muscolum sit, ex ligamento, tum  
quod ex sacro osse, tum quod ex pube vtrinque oritur, pro-  
ducuntur. Quorum vnu est, cum in magnis contentionibus  
sedem eueriti contigerit, sursum ipsum denuo retrahere.  
Infra hos, vnu est solitus ac sine pari, transversus ipsi sedi in  
orbem circumfusus, vt rectum intestinum adamusim ac for-  
titer claudat & σφίξῃ, id est, constringat (vnde & nomen ei  
σφικτής, id est, comprefforem impofuerū) ne continua in-  
tempetuavé fiat excretio. Hoc musculo relaxato, aliui exo-  
neratio fit, musculis epigastriji valide omni ex parte aequaliter  
prementibus, septo ipsis oblique subiecto, ipsi umque iuuan-  
tibus musculis intercostalibus, & clauso larynge, ne tum re-  
spiret animans, nec sequantur aliquæ efflationes, quarum oc-  
casione excretio per anum minùs bellè haberet. Reliquo o-  
mni tempore, circularis hic musculus constrictus os sedis clau-  
dit.

Porrò huic musculo circulari corpus extrinsecus ad ultimam oram transuersè  
incumbit, sedis extreum gignens, cuius substantia est inter cutem ac muscularum,  
velut ex vtriusque mixtura conflata, cuiusmodi est labrorum pars ultima. Huius  
quoque vnu idem ferè ac musculi est, præter quām quod viribus actionis ac ro-  
boris à musculo relinquitur. Lib. 5. De vnu partium.

*Situs ani.**Nates.*

*Excretio per  
anum quomo-  
do fiat.*

*Extremæ ani  
inter cutem et  
musculum, sub  
stantia mediæ.  
Vnu.*

C ij

T A B V L A . I.

Hic venulae quædam extant, (vt supra diximus) orchi hiantes, quæ statim tempore quibusdam panduntur, & sanguinem melancholicum excernunt, vnde *hemorrhoides*. *Aperite.* aquam subter cutem resolvi contingit. Quædam superius delitescunt. Cùm autem intumescentes nihil, aut parum admodum excernunt, cæcæ dicuntur, quæ doloris mouent acriorem. Paulus Aegi. cap. 59. lib. 3.

D E V A S I S S P E R M A T I C I S E T P A R T I B U S  
G E N I T A L I B U S I N F O E M I N I S.

*In quo differt  
femina à mas-  
culo.*

*In foemina raa  
sa spermatica  
et in mare,  
idemque ortus.*

*Vasa semen à  
testibus deduc-  
centia.*

OMNES quæ viris insunt partes, in mulieribus etiam reperias, nisi in eo dumtaxat discrepant, qd in mulieribus quidem partes hæ intus sunt conditæ, in viris autem sunt extra ad nuncupatum perineum. Vras enim harum priores mente voles concipere, mulierum quidem extra euerendo, virorum vero velut intrò vertendo, atque replicando, omnes sibi inter se similes inuenias. De quarum inuerione, & quomodo sibi respondent, vide hb. 14. De vñ partium, & 2. De semine.

In foemina sancè, vt in masculis, à cava vena & incumbente ei arteria magna, procedunt duæ venæ, duæ item arteriæ singulæ vtrinque, vena à cava vena, arteria verò ab arteria: deinde alia à dextris ad dextram, alia à sinistris ad liniflamm distracta, antequam vulva inseratur insinuatürque, propagines in testiculos extendit: deinde corpori ipsius vulva vtraque vñta ipsum intexit. Siquidem lateralibus ipsius partibus inuecta in duos ramos dividitur, quorum alter ad fundum matricis progressus, multipliciter in ipsum totus distribuitur: alter illinc à lateralibus ad testes (qui & ipsi matrici adiacent) anfractuosus, vt in masculis, fecedit & inferatur: vbi arteria & vena in vas spermaticum cœsat, quod vtrinque in vulvæ apices ingreditur, per quos lateralibus quibusdam peritum foraminibus, scmè in ipsam vulvam excernit. Cùm enim foemina semen in seipsum ejaculari oportet, ob eam causam & vasa quæ semen à testibus acciperent, tum in ipsam matricem natura inseruit, tum confituit ut in capacitatem internam semen excernerent per ipsius matricis apices, de quibus paulò post dicemus. Hæc autem vasa in foemina angusta sunt, brevia, ac minus dura, sed quæ recipiendo feminæ ac deducendo sufficiant. Lib. De conseq. vul. 14. De vñ part. 1. & 2. De semine.

D E M A T R I C E.

*Situs matricis.*

*Vñs.*

*Figura.*

*Magnitudo.*

Mñstræ & vñs è Græcis, Latinis matrix, vulva, vterus, scroto virili responderet, si ipsa euerteret & extra prominat. Sita est inter vesicam & rectum intestinum, huic quidem ferè totu[m] incumbit: vesicam verò iuxta umbilicum, vbi fundum ipsius habetur, magna ex parte superat. Sed iuxta pudendum vesica vulvam collo suo excedit. Qui locus, tum ad vulum venerorum, tum ad sperma recipiendum, & præterea ad fetus incrementum, & perfecti enixum est oportunissimus. Lib. De conseq. vulvæ, & 14. De vñ partium.

Figure matricis toto corpore vesice respondet, si apices, quæ cornua vocant, excipias: fundum enim habet & collum, hoc in pudendum pertinet, illo umbilicum accedit. Lib. De conseq. vulvæ.

Magnitudo non equalis in omnibus non existit. Multò siquidem minor eius que perit quan[u]a pregnantis: illius quoque quæ nunquam peperit, minor est, nec non etatuum ratione, quibus nondum veneri indulgere tempus permittit. Et enim minor est etiam aliqui iis quæ nunquam coierunt. Porro iis quæ adhuc augentur, vesice multò matricibus sunt maiores: in perfectis autem, matrices vesicis. Vesica enim ad portu[m] omnium aliarum partium augetur, vt quæ omnibus etatibus æquali-

Qualiter seruat: matrix verò neque dum augmentur adhuc animalia, neque cum iam consenserunt, ritè actionem suam potest obire. Horum rationem vide lib. 14. De vñ part. A loco autem in quē incumbit, ad extreum pudendi hinc, non & quale est in omnibus interuum, magna verò ex parte mediocre vnde decim digitorum est. At in latitudinem ad utramque illa apicibus suis tenui cornibus porrigitur. Altitudo recti intestini, & vesice terminis circumscribitur. Lib. De confess. vulue, & 14. De vñ partum.

Attingit autem uterus tenuia intestina, qui mediocrem obtinet magnitudinem. Nam prætermodum exiguis, ea sola contingit, quibus etiam coaluit. Maximus (qualis est prefertim cum gravida est mulier) & illa & imum ventrem replet, in quo uterū intestina contingit. Lib. De confess. vulue.

Alligatus est recto intestino, & vesice, fibrosis quibusdam & tenuibus ansi-  
lis. Verum plures sunt vesice annexus. Sacro osi etiam adhaeret, a quo multorum  
tententia suis pensus est, validis quibusdam vinculis tunc rieruolis, tum musculosis.  
Totidem corporibus etiam ex lumbi vertebris dependet, sedque ex grandium hu-  
ius musculorum interuentu, qui insignes vtrōbique processus emittunt, in utrāque  
vteri partem, & vesice cœrūcē sedēmque partitos. At omnia hæc ligamen-  
ta laxa sunt, ut vulua plurimum moueri, & in aliam transire figuram possit. Ves-  
ice & ano committitur tantum cœrūce, membranosis arteriosissimis corporibus  
cum aliquanta pinguadine, sed ita ut ab ipsis excoriari possit: verum tam exacte  
coaluit, ut una cadēmque caro existat. Gal. ibidem.

Porrò in matribus, ut quæ sanguine puro ac benigno alantur, vñica tunica  
præter peritonæum satis fuit, venosa, aspera ac scabri interiori parte, & præcipue  
ad fundum, omnibus fibris intertexta: quoniam non solum intrò eas femen attrahere  
in coitibus oportebat, sed etiam retinere quo tempore vtero geritur, & ex-  
cernere cum fetus sicut perfectus. Gal. ibidem, & 14. De vñ partum.

Tunica matri-  
cis naturaliter  
se habentis va-  
riat crassitie.  
Lib. De con-  
fess. vulue.

1. Secundum ætates. Nam ætate prima vt parua, ita etiam tenuis est: postea profluentibus iam menstruis, pro magnitudinis ratione crassitudo etiam augetur: & si mulier vel concipiendi tempus, vel menses excesserit, quamadmodum minuitur magnitudo, ita & crassitudo.
2. Secundum tempus menstruorum. Nam cum eorum purgatio instat, crassa planè & tumens appetet, ut pote sanguinis madore irrigata: tenuis contrà atque arida, cum ab hoc expurgationis tempore longissime absit.
3. Ratione conceptus. Nam ei quæ uterum gesit, crassior: quæ sèpissimè gesit, crassissima. Rursus in principio conceptus, crassa: cum autem tempus pariendi instat, maior quidem, sed tenuis evadit. Crassities enim in amplitudinem absuntur. In me-  
dio tempore mediocriter habet.

Ceterum quemadmodum corpus totum dextris ac sinistris est geminū: ita & matricis sinus, alter quidē in dextris, alter verò in sinistris in vñū *sutura* seu *au-  
xilia*, id est, collum definunt, quod peni muscularū responderet, sed hic foris in ma-  
tricis, illud verò intus in foemini situm est. Hoc collum (quod iter spermati quidem virili intrò, embryo verò iam perfecto extrà natura antemunuit) muscularum est, nervosum, dura carne constans, & cartilaginosum, durissq; semper effici-  
tur, & temporis spatio in cartilaginem degenerat, vt iis quæ frequenter coherentur,

*Spatium medio-*  
*cre longitudi-*  
*nis à fundo vñ-*  
*que ad extremū*  
*pudendum est*  
*11. digitorum.*

*Latitudo.*  
*Altitudo.*  
*Quæ attingat*  
*uterus.*

*Connexio.*

*Ligamenta*  
*uteri.*

*Substantia.*

*Duo sinus ma-*  
*tris.*

*Collum matri-*  
*cis.*

C iii

T A B U L A I.

<i>Os matricis.</i>	vel anus iam sunt: vnde Herophilus eius natura summae parti asperae arteriae comparat. Collum hoc intus ubi incipit, & matrix definit, foramen habet, quod os matricis vocant, per quod mulier & menes expurgat, & maris genituram ad se recipit, & foetum in lucem educit. Hoc os in coitu eouf; pater, ac tenditur, vt semen per latam viam progrediens, facile in matricum sinum perueniat. Vbi conceperit mulier, clauditur ad vnguem, adeo vt ne minimum quidem aut intus foras laxetur, aut foris intrare recipiat. In partu vero plurimum distenditur, sic vt totum embryon ea via permeat. Non igitur immetit collum matricis factum est neruofsum ac durum: neruofsum quidem, vt plurimum vicissim contrahatur ac dilatetur: durum autem, ne quid in eiusmodi mutationibus afficiatur, & ad sperma expiendum dirigatur. Lib. De coniect. vnuæ, & 14. De vñu partium, 2. De semine, Apho. 46. & s. lib. 5.	
<i>Hymenæon.</i>	Circum medium huius colli, Carpus & nonnulli anatomici dicunt, iis quæ nondum venerem expertæ sunt, panniculum <i>virginalem</i> dictum, esse, qui hymen alius hymenæon vocatur, & (vt aiunt) in primo coitu rumpitur. Quod non videtur verisimile. Nam in dissectione virginum non appetit, nec vñquam, quod legerim, meminist Galenus. Sed potius crediderim collum ipsum, quod muculofum est & neruofsum, ex ipsa textura tantummodo coniuere & angustum esse. Quod ut di latetur, prima coitio (si mulieribus credendum sit) est acerrima.	
<i>Pudendum muliebre.</i>	Definit collum matricis in <i>αλισσηγυναικειο</i> , id est, pudendum muliebre, quod est velut cutacea quadam huius colli epiphysis muculorum præputiorum respondens, quæ, vt & præputium, ornamenti gratia extitit, tum ne matrices refrigerentur, oportunitum est oppositum. Lib. 14. & 15. De vñu partium, &c. De semine.	
<i>Kleis.</i>	Is muliebris pudendi sinus pilis decoratus, <i>κλεις</i> appellatur. Quæ sinus ambiunt, <i>πλευραιτη</i> , id est, alæ vocantur.	
<i>Alæ.</i>	Inter has carunculae quæ bifariam excrent, <i>νιμφæ</i> Græcis, Latinis colliculus appellatur: quem quod multum prominet, Aegypti in virginibus excidere conuerunt. Hæc ex introd. Paulus etiam Aegineta, cap. 70. lib. 6. Narrat carunculam hanc in sinus muliebris pudendi subfulvam, quibusdam immensa magnitudinis effici, & non decentis inuercundia notam præ se ferre. Suntque, inquit, ut nonnulli memoriae produnt, quæ per hanc partem etiam erectæ viris similes constiuent & in venerem ruunt. Quapropter resupinata muliere, specillo nymphæ superfluum prehensum, scapello excidi docet: diligentia exhibita ne alæ ipsam penetreremus, vnde fluidus affectus, quem rhyada vocant, excitetur.	
<i>Nympha.</i>	Cuiusmodi autem pharyngi gargaræ in virginibus est propugnaculum, tale est matricibus, quam nympham appellant, quæ tegit simul ac colli orificium, quod ad muliebre pudendum pertinet, prohibet refrigerari. Gall. lib. 15. De vñu partium.	
<i>Quomodo, &amp; quibus exciden da nymphæ.</i>	Collitaque vteri duplex est extremitas. Apho. 46. lib. 5.	Vna intus, ubi ipsum incipit, & vterus definit, os vteri propriæ appellatur.
<i>Nymphæ vñus.</i>	Altera quæ mulieris pudendis coniungitur, non vteri, sed ipsius colli os haud sine ratione dicitur.	
<i>Os matricis.</i>	De neruis, venis, & arteriis eiusdem suprà egimus, vbi diximus præter vñsa sper maticæ, quæ in testiculos & matricum fundum distribuuntur, alterum iugum vasorum esse scilicet duas venas & totidem arterias, quæ ex vñsa, quæ sunt ad os facrum, inferioribus vteri partibus paulò suprà primum colli exortum inferuntur, neconon in vterum & collum ipsius disseminantur. His vñsa partes omnes matrem inferiores, & collum, & quæ ad pudendum attinent, nutritur. Eorundem vasorum,	
<i>Os colli.</i>		

DE VENTRE INFERIORE.

vasorum, quæ ad matricem perueniunt orificia, Hippocrates Apho. 49 lib. 2. *Acetabula*.  
Anatomæ, id est, acetabula nominat, per quæ sanguinis superfluum singulis mensibus ex toto corpore in uterum deriuatur: iisdem venæ & arteriæ umbilicales dictæ adhaescunt, quibus fetus in utero alligatur & alimentum trahit. Sed de his paulò post dicemus. Item aliae duæ venæ ex eodem loco ortæ sursum per rectos mūculos ascendunt: deinde coenunt cum extremis venarum, quæ per thoracem ad pectoralia descendunt. Quinetiam ab eadem radice aliae venule utrinque singulæ in uterum perferuntur, per quas potissimum mammis cum utero est communio. Illud porrò venarum pars extra musculos in pudendum pertinet, siue mas sit, siue foemina. Utrinque autem iuxta commissuram os pubis descendunt. Lib. 14. & 15. De vñ part. I. De foemine, De conœct. vul. & venarum.

DE TESTICVLIS FOEMINÆ.

TESTES foeminae, lateribus vuluae adiacent ad fundum, utrinque singuli, paulò supra cornua abducti, similem masculis vasorum revolutionem excipientes: non tamen in eundem locum perueniunt, eo quod neque foeminae foras masculi modo, sed in suam ipsius valorem femen demittere conueniebat. Magnitudine multò minores sunt atque imperfectiores, quam masculi. Figurâ item & constructione multum differunt. Latif enim hi sunt & glandulosi, minis rari & laxi, ac humidiiores, quod substantia sint frigidiores. Nequaque enim à calore nativo flatu distincti fuerunt, & vt dicat quispianus, fermentari. Lib. De conœct. vuluae, initio lib. 2. De foemine, & in fine 14. De vñ partium.

Infinit autem matrici & corpora musculosa, quæ ad testiculos descendunt in masculis, & musculus hypogastri, ut supra diximus. Lib. 14. De vñ part.

Testis uterque propria membranæ, qualis est in maribus, quam darto dicunt, contegitur. Erytroide vero membrana, & scroto, foeminarum testes carent. Lib. De conœct. vuluae.

Præterea superior testiculorum pars, quæ επιτισθεντος appellatur, in his non est sensibilis ac manifesta, sed vel omnino non inesse, vel parua omnino esse videatur, quod testes ipsi etiam parui sint, itidem & vasa spermatica. Prout nihil miri est, quod ea coniungit, paruum esse. In fine lib. 14. De vñ partium.

Caterum glandulofos prostatas dictos ipsi maris pudendo naturam suppeditasse multò magis conuenit. Nam in foeminae matricis collum neque oblongum neque nudum est, ut pudendum virile, sed intus situm, tum ex continentibus ipsum copiosum madorem recipit, tum expidis menstruis irroratur. Quæ commoda ex his glandibus pudendo virili contingere diximus, ex lib. 2. De foemine.

DE CORNIBVS SEV APICIEBV MÄTRICIS.

P A V I. ò infra testes utrinque ad latera matricis, processus apparent mammillæ ad illa inclinantes, parastatis varicosis respondentes. Horum ipsis figuram Herophilus feminæ circuli ambitui comparat, Diocles cornibus enscentibus. Ideoque Graeco vocabulo κορνα, ἄπειρον, hoc est, à cornu, deducit nuncupavit. Per hæc cornua femen à propriis testiculis vulua attrahit, ut virile per collum. Quum enim duplex sit semen, duplices etiam matrici stomachi exiterunt, quibus utrinque sibi familiarissimum in fæse recipit. Mulieres etiam per veneris insomnia affectæ non aliter ac masculi, citra virtù congressum per ipsa cornua semen in uterum excurrent, quod ibi contabefcens morbos parit maximos. Non solum enim mulieribus seminalia vasa plena semine, sed etiam testiculi existunt. Lib. De conœct. vul. & 2. De foemine.

C. iiiij

Vene per quas  
mamis cum utero  
est communio.

Situs testium  
foeminae.  
Magnitudo.  
Figura.  
Substantia.

Musculi.  
Membrana va-  
nica.

Epididymis nu-  
la, aut parva  
admodum.

Glandulosa pro-  
state non in-  
diguit pudenda  
muliebre.

Cornua matris

T A B V L A   L

D E P A R T I B U S Q V A S N A T V R A M A C H I N A T V R,  
D V M F O E T V S I N V T E R O G E R I V R.

*Tempus concepcionis.*

C V M mulier conceperit (quod fit vel incipientibus vel cessantibus mēstruis, alio tempore nunquam, authore Gal.lib. De concept. vul.) protinus ex tota feminis portione exteriōre, quā uterum contingit, membranæ, *ὑπόστρωμα* Gracis dicit, generantur: reliqua portio tota habet nimirus & ipsa facultas congenitas, puta priorum attractricem, qua vitque & retinere & alterare, alimentūmque fibi parare solet: expultricem verò eorum quae aliena superflua que habentur. Tale enim esse genitale semen oportet, vt simul atque fuerit iniectū, alia ipsius substantia portio in membranā coalescat, alia in vas protendatur, alia conformare h[ab]itacula. Lib. 1. & 2. De semine.

*Chorion.*

Tres membranæ foetum inuoluētes generantur, tenues, & caraneorum tellis similes: quae non solum sibi mutuō incumbunt, sed multis quidem locis coalescunt: multis etiam à fetus inuicem per tenuia fibrarum fila ab una ad alteram peruta dentia pendent, quas natura, quoad eius facere potuit, vniue volunt, vt quod roboris cuique priuati à seipso debeat, id omnes à fetus mutuō adipiscerentur.

*Allantordes.*

Lib. 15. De vſu part. De concept. vul. & 1. De ſe-

*Amnion.*

mme.

*Vasa umbilicis  
4 per quae fetus nutritur.*

Porrò in singulis orificiis vasorum, quæ intrinsecus in matricem pertinent (per quæ etiam sanguis menstruus in ipsam ferebatur, vt diximus) quo tempore vitro geritur, aliud vas gigintur, arteria quidem in arteria, vena vero in venæ orificio, vt fint ea quæ generantur, numero aequalia iis orificiis, quæ intro in matricem definunt. Quatuor itaque omnino hic sunt vasa circum vrachum, duas scilicet vena parte superiori, & arteria totidem inferiori, quæ fetui per folium umbilicum infunduntur, vnde vulgo *umbilicales* vocantur, per quas, velut per trunco quosdam fetus ex utero sanguinem & spiritum trahit. Lib. 15. De vſu partium.

Exiguum autem est vñorum quodque cum plimum à matrice exoritur, cuiusmodi sunt arboris radices extremæ, in terram defixa: ea vero paululum progesfa, per conjugationem coalescunt, ex duobusque vnum procreant: rursumque ilorum

lorum singula cum singulis eiusdem generis coalescent, venæ scilicet cum venis, & arteriæ cum arteriis, hinc id perpetuò, quoad parva omnia in duo magna coeant: quæ velut stipites quidam, dextra & sinistra fortui per locum vmbilici infununtur. Vmbilicus enim, qui medium totius animalis obtinet, nihil aliud est, quam *vmbilicus*. quatuor hæc vasa in medio sui habentia vrinæ receptaculum, quod Græci *εγχέη* appellant. Est autem vrachus, meatus qui ex fundo vesice fœtus exortus, (in rebus enim nuper conceptis fundum vesice locis vmbilici adhaerescit) lotium in allantordem membranam deriuat. Carterum ex vasis quatuor prædictis, duæ venæ statim ubi fœtus vmbilicum superarunt, in vnam coeunt, quæ in limas hepatis infunitur. Arteria vero longo itinere manent duæ, deinde in partem magnæ arteriæ, quæ est ad lumbos, inferuntur. Gal. ibidem, & De confecti, vul.

Inter haec vero omnia, & vasa exigua, quæ in matricem ipsam inseruntur, media est quadam veluti truncorum radicatio chorion membrana, quæ est vasorum multitudo membranæ tenui consexorum, quæ hanc facili numerare queas. Colligat ea inter se vasa prædicta, eisque omnibus circumhaeret, partibus vero matricum internis inseritur. Hæc membrana, omnibus matricis partibus, quæ sunt inter orificia, duplex subiicitur, tum producitur, ac cum memoratis vasis omnibus prægreditur, utraque sui parte, cuiusque partem vtranque dimidiam conueiens, ut duplex hæc membrana operimentum eis sit, ac munimentum & ligamentum, tum inter se, tum cum matricibus vrisque. Lib. 15. De vñ part.

Reliquum vero duarum, quæ *αλλοιδία* nominatur (quam ad vesicam dimidiam pertusam ad *εγχέη*) ad vrinam recipiendam fuit comparata. Longè enim præstiterat fœtum, non per pudendum lotium reddere, sed vt nunc habet, per vmbilicum, propter ipsius vrachi rectitudinem ac magnitudinem, cui præterea nullus musculus extrinsecus est, circumiectus, qui videret ne excrementa intempestivæ effluenterent, cuiusmodi in natu est musculus ad collum vesice, quod admodum etiam obliquum est. Nullum enim tempus fœtui est intempestivum, ad eum generis excrementum excernendum, quemadmodum iam perfectis. Vsus itaque eius membrana fœtui est, ut vrinam animaliam efformati recipiat. Necesse enim erat, etiam animanti quodlibet vtero est, recrements tñ & talia prouenire, quot & qualia iis quæ iam ab vtero resoluta sunt, oboruntur. Verum vrina & stercus particulis iam conformatis coarctatisque gignit. Gal. ibidem, & 1. De semine.

Evidenter autem apparet humor is, qui est intra *εγχέη*, tum tenuior esse, tum flauior, tum acrior eo, qui est intra *μυιον*, vt etiam hanc membranam difficiunt olfactum angat, eisque horrorem incutiat. Ob id seorsum à fœtu lotium est abducunt ac seicutum, neque gutta, neque venas, quæ secundis insunt, attinens, ne ab eius acrimonia partes vicinas lacerentur. Lib. 15. De vñ partium.

Quod vero sudoris infar, intra *εγχέη* aceruantur, in orbem fœtui est circunsuum, quod cutim ipsius lacerare haudquam potest, verum eius utilitas est non contemnda. Nam fœtus in eo humore quasi innatans, sursum tollitur ac vehitur, vt minus sit grauis iis vinculis, per quæ matrici cohærescit. Tempore etiam partus fœtus facilius collo matricis elabitur, cùm ipse humore multo perfunditur, quod ei tunc accedit, propter quod necesse est tum membranas rumpi. Nō modò enim humor iste fœtibus lubricans confert, sed collum etiam matricum, ad maximam dilatationem, reddit facile. A prædictis enim humoribus humectarum, mollius redditur, dilataturque facilius. Ita natura iis humoribus, quos propter futurum procreare omnino oportebat, tum ad fœtus, dum vtero geritur, vecturam indolentem est vñ, tum etiam vt in partu celeriter excederet. Gal. ibidem.

Hactenus de ventre inferiore. Tabula sequenti de partibus thoracis agemus.

*Chorion, eiusq;*vñ*.*

*Allantoidis vñ*

*Car fœtus, cùm*  
*collum vesice*  
*meatus iam ha-*  
*bitat (per quem*  
*animal post*  
*partu lotus red-*  
*dit) non tam en-*  
*eo quidquā vñ*  
*tur, sed totum*  
*lotium sursum*  
*ad vmbilicum,*  
*atque vrachū*  
*ascendit.*

*Amniti, & hu-*  
*moris in eo co-*  
*tenti vñ.*

# LODOICI VASSAEI

CATALAUNENSIS, IN ANATOMEN CORPORIS HUMANI  
TOMEN tabula secunda, de thorace.

## PARTES THORACEM CIRCVNSCRIBENTES.

Elatior finis anteriori parte, κλεις id est, claves sive claviculae existunt, sic dictas φ sternο αμετάλατα firmant. Nonnullis iugula appellantur. Vulgo os furculæ & furcula superior dicitur. Ea ossa sunt fistulosa, rotunda, crassitèque inæquali, quæ vtrinque summe pectoralis ossis extremitati annexuntur. Cauitatis sub his clavibus nonnullis appellantur σφενοι, id est, iugulari sunt duas claves & iugulæ totidem. (Dexter.)

(Sinister.)

Pars media, constans ossibus 7, excipientibus 7, veras castas, σέρρης Græcis, Latinis peccus & os pectoris dicitur. Ad cuius finem cartilago adhaerens, quæ in mucronem gladij modo exacutus, certum propugnaculum existens oris ventriculi, & pars phrenicæ, quæ ibi est, post autem & cordis. Hanc Graci ab ensis similitudine ξφενοι, hoc est, ensiformem: vulgus malum punicum, seu granatum: Galli la fourcellæ vocant.

Interior finis est septum transuersum, quod Graci φέννα & Διάφραγμα nominant. Is finis vulgo furcula inferior dicitur.

*Collis 2.*

οὐρα dicitur totum id quod à collis utrinque circumscribitur, velut septum aliquod præualidum tutele causa circundatum corde & pulmonibus: quod natura non osseum totum, vt cranium, neque carnosum, vt epigaltrion effectus, sed ordine commutato, os & musculum vicisim posuit.

*Sternon.*

*Pectus.*

*Cartilago ensiformis, eiusq[ue] pars.*

Cuius thoracis, Gallib. 6. & 7. De vsu part. & initio 8. De ana. administ. & cap. 13. & 15. lib. De oss.

*Diaphragma.*

Quod autem scribit Galenus sternon septem ossibus constare, id in homine, vt in simia & cane, in omnibus scelitis obseruasse videtur, vt doctissime demonstrat noster Sylvius. Quanquam hoc tempore in nostris corporibus rarissima sit ossa sterni septem: sed lepius sex, ac quinque, non raro quatuor & tria: sed tunc inferna latiora sunt, vt costis septem excipiendis sufficiant, interdum etiam octo.

*Coste 24.*

*Vtrinque 12.*

Costis omnibus, quæ πλαθεὶς Græcis dicuntur, duplex est sedes. Gal. initio 8. De ana. adm.	Prior, pectus.  Posterior vertebræ dorsi sunt, quæ totidem numeri, quot & costæ habentur.	Costæ autem numero sunt 24. vtrinque 12. ex quibus,	Superiori 7, veræ seu perfectæ, iugulis sterni ossibus committuntur.  Inferiores 5. πόθου, imperfectæ, & mendosæ sunt, quarum octaua ad radicem cartilagineisiformis conflitit. Reliquæ quatuor in thoracis latere desinunt.	Rarissime decimateria costata visitur, atque hac adhuc rarius undecima, ita ut inter milie vix unum talis costarum numero inuenias.
--	---	---	--	---

D E M A M-

DE MAMMIS

V T M A T R I C E S duas mulieribus sunt factæ, ita & mammae, quæ Gracis  
tituli seu *paes*<sup>5</sup> dicuntur, duas existunt, vtraque sua matrici, instar boni cuiusdam  
serui subseruens. Haec in homine pectori inherenter, cordi caloris officinae incum-  
bentes, substantia glandulosa, penicillis ac filtris non diffimiles, venis duabus &  
arteriis totidæ intertextæ. Quæ vasa non statim à vena caua aut cordis arteria enas-  
cuntur: verum quum iam pro clave peruerenter, illinc natura duas venarum  
commemorabilium, duas etiam cum eis arteriarum productas propagines, qua-  
tuor simul ea infra totum iterum deducit, eoque modo binas demum vtrique  
mammillæ inserit, in tam longo isto itinere, id modò agens, ut plurimum in va-  
nis sanguis percoquatur. Qui cum fertur fursum, per cor sanè iter facit: rursusque  
deorum tendens, occurrit, exagitaturque semper quidem à motu ipsius tho-  
racis, & in his eiusmodi erroribus incalescit, parti motu perpetuo prædicta immo-  
ratus: quæ omnia simul ad perfectam coctionem ipsi lacti conferunt, quod est  
vitis alimenti superfluum. In fine lib. septimi, & initio decimi quarti De vni-  
partium.

Tuberculum in medio mammilarum, quo infans lac <sup>surgit</sup>, **Ωλή** Græcis, **Latinis** papilla dicitur, **le mamelon**. Lib. I. De sanit. tuenda.

Mammarum vſus duplex. Galin  
fine lib. 7. De vſu partium.

Primus ac maximus est, ut alimento, praesertim in mulieribus, partu suffident, sanguinem ex vasis eis pertinentibus elaboratum recipientes: qui longo itineris anfractu in lac conuertitur, cuius causa mammae exiterunt.

**V**erum excludunt. Alter, vt sint veluti propugnaculum quod-dam ac operimentum cordi, & ab eo calcata, ipsum recalfaciant, non aliter quam operimenta alia quam nobisipsis extrinsecus iniiciimus. At in mulieribus in magnâ molem exuberantes, duo hæc commoda magis quam in viris, cordi suggerit. Quibus accedit quidam etiam subiecta ad hypochondrion viscera eadem in mulieribus mammæ iuvant, que in eis quidem minus sunt calida.

**Quid causa sit cur mamimæ tantum habeant cum matricibus consensum, vide lib. 14. De usu partium.**

TABVLATIL

DE MUSCVLIS THORACIS.

Musculi complures thoracem occupant, quorum  
Lib. 13. & 16. De vſu partii,  
& initio 5. De anat. admin.

Quidam à pectore & costarum  
regione sursum tendunt, suffi-  
que finibus ofsi brachij infigun-  
tur, humeri articulo subseruen-  
tes, quorum

Alij brachium  
ipsum attol-  
lunt, qui a-  
ctione indi-  
gent vehe-  
mentiore.

Alij deprimunt,  
non magnas  
ad suam a-  
ctionem vi-  
res desideran-  
tes.

Alij pectoris ad  
ducunt,

Alij extra ab-  
ducunt.

Alij orbicula-  
riter circu-  
gūt, qui robu-  
sti sunt & tē-  
dones habent  
neruosissi-  
mos: quod  
motuum o-  
mnium est  
violentissi-  
mus, multif-  
que partibus  
simplicem fu-  
perat.

Quidam ad abdomen descendentes, suos vſus ha-  
bent, nempē thoracem paululum detrahunt.

Quidam costarum extremis foris obiecti iuxta pe-  
ctus proſum, & ad vertebraſ, retrorſum iunctu-  
ras artuum conſtringunt, & thoracem leuiter co-  
primunt.

Alij respirationi dicati sunt.

Præter hos musculos, alijs quoque sunt, qui ex ſcapulis à collo in thoracem de-  
ſcendunt, verū huic non ſunt proprii, quare nec de iis hīc eſt dicendi locus. Pri-  
mū igitur musculos thoracis, qui brachium mouent, aggrediamur.

Primus magnitudine mediocris, in superficie aliorum extans, à costis nostris prope praecordia non procul à mammilla incipit, & sursum ad humeri articulum obliquus porrigitur. Qui brachium ad pectus adducit, & deorsum trahit leviter, depressionisque humilioris est author.

Secundus contrà ex aeditis pectoris partibus enatus, adductionis sursum est author.

Tertius maximus ex toto pectoris osse oritur, mammae subiectus. Hic autem bipartitus quodammodo est, fibris ipsius in similitudinem  $\chi$ , literæ mutuo fibi incumbentibus: alii ab inferiori pectoris regione ad articuli eminentiorem porrectis, quibus brachium inferius adducitur, non tamen adeò ut à primo musculo: alii ab elatiōri ad inferiori inclinibus, quibus altius adducitur, non tamen adeò altè, ut à prædictorum secundo. Ambabus autem tensis, os brachij æquabile atque in nullam partem pendens, pectori adducitur. Hunc itaque musculum sive geminum, sive duos coalescentes dixeris, non errabis.

Quartus exiguus qui à mamma attollitur, primo succedens, humillimam brachij adductionem efficit.

Quintus secundo succedens, pōrtio alia musculi, qui est ad epomida, que clavi adhæret, altissimam brachij adductionem efficit. Nam musculus hic duo habet capita: internis autem partibus epomidos, clavi ipsi scilicet est infertus: externis autem partibus spinæ scapulae adhærescit, in demissioribus ipsius partibus. Verum solus huius musculi, quem tensus est, actio, brachium extrorsum extendit, parum à media, ac recta omnino extensione ad latus inclinans. Alterius vero musculi, qui est ad clavem, actio non immēritò intrò similiiter inclinat. Tensus autem æquè fortiter ambobus, brachium rectam planè ac medium extensio nem affumit, nusquam declinans.

Sextus & septimus utraque spinae, que est ad scapulam, parte, similem prædicto habent actionem. Siquidem tensi simul, brachium sublimè profrus tollent: quod si leorsum, uterque modicum ad latus inclinabit.

Octauus maxima ex parte costæ imæ scapulae ortus, brachium extorsum abdit. Iis oppositus, qui sunt ad pectus, brachium sursum attollentes.

Nonus ex inferiori fine costæ imæ scapulae proficiscitur, brachium extorsum ac deorsum circumagens, verum amplius extrà adducit.

Decimus, qui eiudem costæ partem simam complectitur, minus quidem extrà, deorsum verò magis brachium circumagit.

Reliquus unus est, qui deprimit, ipsiusque retrò agit: cui prædictus musculus parvus succedit, qui efficit, ne brachium, dum deprimitur, syllam in partem inclinet.

Musculi thoracis brachium mouentes sunt II. vel si vis, 12. Gal. in fine lib. 13. De usu part. & initio 5. De anatom. admin.

De musculis qui ad abdomen descendunt, item de his qui costarum extremis obiciuntur, vide plura apud Gal. locis predictis. Deus autem qui respirationi inferiunt, iam dicamus.

D

T A B V L A    II.

*Intercostales  
musculi 22.*

*Duplices mu-  
sculi interco-  
stales.*

*Musculi respi-  
rationi infer-  
tuentes 45.  
Gal. in libello  
de causis respi-  
ti. & 8. De anat.  
administ. & 7.  
De vsu part.*

Intercostales duo & viginti sunt, sic dicti, quod μεσοπλαθίαι,  
id est, media inter costas spatia, occupent: quorum fibra ab  
externis partibus deorsum obliquè declinant: ab internis con-  
trario modo iuxta Graecæ literæ  $\chi$  figuram extiores secant.  
In iis etiam, qui ad costas nothas habentur, eadem fibrarum  
natura appetit.

*Hi musculi thoracem exa-  
ctè, tum relaxant, tum ad-  
stringunt. At cum dupli-  
ces sint,*

*Exteriores expira-  
tioni, seruiunt.  
Interiores inspira-  
tioni,*

*Duo primarum costarum, qui superiorem thoracis partem di-  
lant solùm.*

*Duo ultimarum costarum, inferiorem solùm contrahentes.*

*Tres à collo descendentes, qui sublimes thoracis partes reu-  
lunt simul & dilatant.*

*Septem, dorsalibus costarum radibus extensi. Qui cartili-  
gineum extrema adstringunt.*

*Octo abdominis, qui ad septum pertingunt, thoracis contra-  
ctionem adiuantes, de quibus tabula primâ dictum est.  
Restat vnu adhuc thoracis musculus haud vilissimus, quem  
 $\phi\acute{e}n\acute{a}$  &  $\mu\acute{a}\phi\acute{e}g\acute{u}a$  vocant, qui non solùm, vt putat Plato,  
duarum animæ partium, appetitricis in hepatæ, & animos in  
corde existens, septum transuersum est: verum etiam inter  
omnes respirationi dicatos musculos vilissimus. Siquidem  
hoc solo quodius animal in parua respiratione vitetur. Cum  
verò violenta respirationis vnu quidam ipsi oboritur, aut ex-  
ercitio, aut febre, aut vehementi aëris calore, aut alio quodam  
affectu, necesse est diaphragmatis functionibus intercostales  
musculos subuenire. Sin autem magis vnu respirandi contige-  
rit, etiam elatioribus musculis actionem obicit. Sed de hoc dia-  
phragmate iam pleniùs prosequamur.*

D E    D I A P H R A G M A T E.

*M V S C U L Y S* est thoracis magnus ac rotundus terminus, quo thoracis pars  
inferior finitur, quem antiqui  $\phi\acute{e}n\acute{a}$ , id est, mentem, appellaverunt: sive simpliciter id ipsis in animum venerit, sive vt aliqui putant, quia ex inflammatione affec-  
to, mens quoque laedatur. Postea medici neglecto prisco nomine, iure ipsum  
*diaphragma*, id est, septum transuersum appellare consueuerunt, vt qui spiritus  
instrumentum  $\Delta\acute{l}\phi\acute{e}r\acute{u}l$ , id est, discludit ab alimenti instrumentis. Siquidem his  
superior est omnibus illis autem subiicitur. Gal. in fine lib. 5. De vsu partium, &  
cap. 3. lib. 5. De locis affect.

*Propria ipsius substantia, musculus est. Caro simplex ipsi in orbem circundu-  
citur: media verò pars tota nero, tenui grandis circulus existit, in latum tendo-  
nem definens. Circa punctum ipsius aliis circulus, exactus tendo exsilit, nullam  
adhuc carnem retinens, quam prius habebat. Tunica ipsi duas sunt, inferior quidē  
peritonæ tunica summitas, superior verò basis tunicæ costas succingentis. A pe-  
ctoris ora inferiori exortus superioris dicit initium (vnde etiam capita muscularum  
rectorum*



T A B U L A I I L

D E M E M B R A N A S V C C I N G E N T E C O S T A S , E T  
M E M B R A N I S T H O R A C E M I N T E R -  
S E P I E N T I B V S .

Succingens mē  
brana.

Vsus.

Mēbrana tho-  
racem interse-  
pientes.

T V N I C A tela araneorum modo prætenuis sibi que ex toto similis, toti in-  
terno thoraci finui subtendit  $\pi\lambda\delta\varphi\alpha\varsigma$   $\sigma\tau\omega\lambda\kappa\alpha\varsigma$ , id est, costas succingens, va-  
de vulgo pleura appellatur, in qua sit lateralis dolor  $\pi\lambda\delta\varphi\alpha\varsigma$  dictus. Gal. ad finem  
lib. 7. De vsu partium, & 5. De anat. administ.

Hæc, qua parte costarum ossa subiungit, pulmoni vice propugnaculi est, ne  
dum ipse, respirante animali, agit, nudis ossibus incidat. Quia vero parte sunt qua  
 $\mu\sigma\sigma\pi\lambda\delta\varphi\alpha\varsigma$ , id est, partes inter costas medianas vocamus, ibi muscularum ac valo-  
rum gratia comparata, musculus quidem tunicam, qualiter phrenibus, yasis vero re-  
hiculum quoddam ac veluti stabilimentum prebet. Gal. ibidem.

Ex hac succingente aliae duas membranæ utraque parte singulae totum thora-  
cem  $\Delta\pi\varphi\alpha\varsigma$ , hoc est, intersepientes, nascuntur, quæ posteriore parte spina  
vertebris, anteriore vero ossi medio pectoris infinguntur, sursumque ad claves, &  
deorsum ad ensiformem cartilaginem porrigitur, in duas partes totum thora-  
cem dispecentes, unde vulgo *mediastinum* vocant. His enim medius thorax dirimi-  
tur ac intersepit. Initio 6. De vsu part. & in fine 5. De anat. administ.

Hæc itaque membranæ omnes non aliter differunt, nisi quod in costis Graecæ  
 $\sigma\tau\omega\lambda\kappa\alpha\varsigma$  appellantur, id est, succingentes. Vbi vero recte ad claves feruntur,  
 $\Delta\pi\varphi\alpha\varsigma$ , id est, intersepientes. In fine 5. De anat. administ.

Harum mem-  
branarum du-  
plex est vsus.  
Initio 6. De v-  
su partium.

Prior & maior, vt duos ventres thoracis efficiant, vt si forte ma-  
gno vulnere in alterutram eius partem accepto, respirationis  
minus eius partis perierit, reliquus venter incolumis, dimi-  
diu saltem actionis retineat. Et eius rei gratia potissimum  
exitentur.

Ad aliud eis abutitur natura: vsuum ex ipsis seu experimentis si-  
mul ac ligamentis, omnibus, quæ thorace continentur, instru-  
mentis adhibens. Nam arterie quæ in eo sunt, & vena, & ner-  
vi, & œsophagus, postremò & totus ipse pulmo, colligant  
toti thoraci, tegunturque omnia, hinc membranis vindique  
obducta.

Pericardii fi-  
gura.

Situs.


Substantia.

Aqua in peri-  
cardio.

P ericardium, id est, cordis tunica, siue mēbrana, aut potius domiciliū quod-  
dam, aut firmum vallum ipsi circuniectū, vulgo *capsula cordis*: hoc quoquis alio  
nomine dicendum sit, ex basi ipsius cordis amplius valde exohiens, post autem pa-  
latim coarctans se, modo quo cor ipsum, in quandam coni acutiem definit, ois  
pectoris adnexum. Distat ab ipso corde vndique plurimum, tantum intus inter-  
scipsum & cor spatij circumscribens, quantum cordi dilatato suscipiendo sati-  
erat. Cum autem contactur effet ossa thoracis quæ dura sunt, & pulmonem vi-  
scus omnium molliissimum, vt positionem inter illa duo contraria, ita corporis e-  
tiam substantiam inter duo extrema medium adeptu eff: tantò enim osse est mol-  
lius, quanto pulmone durius. Lib. 6. De vsu partium.

In hoc pericardio humor serofus colligitur, aliquando tam multus, vt cordis  
palpitationem, quam  $\pi\lambda\mu\sigma\mu$  vocant Graeci, excitet. Gal. cap. 1. lib. 5. De locis affe-  
ctionum. Huius aquæ, neque in libris De vsu part. neque De anat. administ. meminit.

D E C O R



DE THORACE.

**D E C O R D E.**

**Kap. 6.** *la Græcis, Latinis cor, principium animæ irascibilis, æpræmglwsp; id est, arteriarum & caloris nativi, quo animal regitur, quasi fons quidam ac domicilium in medio omnino thorace situm est, praesertim sua bafi, quam caput eius nominant: non rotundum omnino, sed ab ampla atque orbiculari superna basi exorsum, post autem paulatim gracilescens, modo coni similius parte sua inferna in angustum acutumque definit ad finitram vergens. Aequabilis momenti ac ponderis ab utraque parte est. Siquidem sinistra eius pars crassa admodum ac dura, & ob id grauior, materie leuior scilicet spiritu est circundata: dextra verò tenuis, mollis ac leuior, grauiori, utpote sanguini. Quo sit vt quanquam ligamentum nullum sit, quod partibus circumfusis ipsum colliget, nulquam tamè inclinas aut propinquum permaneat, in medio pericardij suspensum. Lib. 6. De vfu partium, & De anat. administ.*

7. De anima humana.  
Cordis caro dura est, & agrave patibilis, ex triplici fibrarum genere conflata, que duritie, contentione, robore ac patienti difficultate ab aliis omnibus differunt. Lib. 6. De yisu partium.

Nam fibris rectis scfc contrahenti-  
bus, reliquis omnibus laxis ac  
diductis, cor dilatatur, qua  $\Delta\omega$   
 $\sigma\alpha\lambda$  appellatur. Quo tēpore aē-  
rem seu spirillum ex pulmone per  
arteriam venosam, in finistrum  
ventriculm, ad sūi refrigeratio-  
nem & spiritus vitalis nutritionē,  
& sanguinem exvenit, cœta in de-  
xtrum attrahit, pulmoni tantum,  
non sibi, alimentum preparans.  
Contrā, fibris rectis se relaxatis,  
contractis autem transuersis, rur-  
sus cor contrahitur ac deprimitur,  
que  $\sigma\upsilon\sigma\alpha\lambda$  dicitur. Quo tem-  
pore fulginoſa recrementa ex li-  
nistro ventriculo per arteriam ve-  
nosam expellit, & multo magis  
per magnam arteriam ad alias : ex  
dextro autem per venam arterio-  
fam sanguinem elaboratum puf-  
moni nutriendo, mutua ipſi grati-  
am referens, mutuit.

Aures cordis, foris vtrinque ad basim ipsius, ante orificia paulò pōst dicetur) constituta, sunt epiphyseis quedam tenēs motū promptē sequantur: causa hinc ciuitatē antē sic nominata ē parua similitudine, quod vtrinque cordi ipsi res adiacent. Lib. 6. De vſu partium, & 7. De anat. admittit.

15. *Lept. var. f.* Ab. = ab. *Lept.*  
*Pl. subsp. var. f.* *Calostoma*  
brown = ab. *Calostoma* f. ab.  
*giganteum*, part.

*Situs cordis.*

**Figura.**

Este es un dibujo de un organismo que muestra una gran cantidad de órganos y tejidos. Se observan órganos de color amarillo, naranja y rojo, así como tejidos de color verde y azul. Los órganos están dispuestos en capas y se extienden por todo el cuadro. El dibujo es muy detallado y complejo, representando una visión amplia del organismo.


### Diastole.

Medio inter hos motus  
interuerso, exigua quæ-  
dam quies intercedit, Quies.  
corde aéri ex pulmone  
attracto, quo tunc frui-  
tur, vndeque ad vinguē  
adstricto, fibris autem  
tunc omnibus agenti-  
bus & earam maximè  
obliquis. Systole

### Systole

*dis 2.*

**Dextra.**



## DE THORACE.

16

Tres in orificio venæ caue, foris intrò pertinentes, crassisitie, robore ac magnitudine infinges, quas *σειχλόχυνες*, id est trifilas appellauerunt, quod mutua ipsarum inter se cōpositio cuspidum telorum eminentiis atque angulis penitus est similius.

In dex-

tro ven-

triculo

6.

Tres in orificio venæ arteriose, intùs foras spectantes, quas à figura literæ Σ, στυμούσις appellaverunt.

Tres in orificio magna arteria, intùs foras etiam spectantes, & στυμούσις eadem ratione prædicta appellata.

Duæ tantum in orificio arteria venosa, foris intrò pertinentes, quarum figuram nemo cuiquam rei adsimilare est ausus. Duæ autem tantum sunt, quoniam solius huius orificij intererat, ne adamussem clauderetur, quod solù ipsum, transitum à corde ad pulmones excrementis fuliginosis dare præstiterat, que calorem natum possent extinguere.

1. Fuga vacui, quemadmodum fabrorum folles dilatati intrò aërem attrahunt. Et id omnium maximè cordi inest.
2. Calore, quo pacto ellychniorum flamma oleum attrahunt.
3. Similitudine totius substantiae, ut magnes ferrum attrahit.

Cor autem tribus modis sanguine & spiritum atrahit. Galibidem.

In fini-  
stro 5.

Ex his membranis q̄ intus foras feruntur, paratq̄ ob id sunt, ne materię remigaret; q̄ verò foris intrò, q̄ maiores & fortiores sunt, nō ob id modò, sed vt etiā attrahendi essent instrumenta. Tēxæ enim à corde per eas vasorum tunicas expeditius cōtrahūtur, impelluntque facilius, trahēte corde ipsas matens. Iphius porro rufus tēxio in distole, membranas intùs foras spectantes, radicib⁹ trahēt, atq; ad ipsum cor intrò reflectens, omnēq; rectas cōstitutæ, varorum claudit orificia. Quū itaq; cor dilatatur, membrana fū trahēt radices, apit orificia vasorum matrías intromittentib⁹, scilicet venę caue & arteria venosa; claudit aut educētum.

*Membrane 1.*  
*in 4. orificiis  
vasorum cordis.*

Porro cor quum ex se moueat, corpus validum ipsum habere oportuit, & crassum, & densum, vnde sanguine indiguit crassiore: ob id non altius ex seipso, hoc est, sanguine in suis ventriculis elaborato, qui calidus, tenuis, ac vaporosus futurus erat, pulmoni nutriendo idoneus: sed prius quam vena caua dextra ipsum ventriculo inseratur, pars eius tanta, quanta maximè cordi nutriendo sat, sit levata, circa cordis caput extrinsecus duobus ramis deuoluta, & in omnes ipsum partes dispergit, vnde se pœnitæ dicta est, quod ipsum coronæ modo cingat. Cum hac vena caue portione, arteria magna totidem ramis ex ipsa sub membranis exortis, circumfertur ac distribuitur, que rufus ipsius magna tanta & ipsa est.

*Cor omnibus arteriis & venis  
attrahendit fas cultatibus præservat, ac secundum  
ditum, invenit uterum.*

*Vene corona  
les 2. cor nutrit  
entes.  
Arterie coros  
nales totidem.*

T A B V L A   I I.

propago, quanta prædictam venam maximè erat refrigeratura, calorisque nativi externarum cordis partium temperamentum probum conseruatura. Duo igitur rami ab arteria magna, & totidem à vena caua totum corpus in orbē complectuntur. Gal. ibidem, & 7. De anat. administ.

*M. Agustinius vassaei. Vene cava dextra. Nef. 1. At nullus nerus in ipsum cor videtur distribui, quemadmodum neque in hepar, renes, ac lienem. Solum enim ipsius tegumentum *τερπικάρασις* tenuiū nervorum videtur recipere propagines. Nam in visceribus (vt supra diximus) in tunicas quidem conspicui inferuntur nerii à sexta coniugatione, verum in ipsis corpora non amplius cernas perspicue ipsos diuidi. Gal. lib. 6. De vſu partium.*

Ceterum os aliquod ad caput cordis inuenitur, ad quod omnium ipsius ligamentorum principia adaptantur. Sed non vniuersis animalibus os exactum, verū cartilagineum. In paruis admodum, *κυροχορδήστησίμα*, id est, corpus quadam ex nerio & cartilagine confiatum, inest. In maioribus exacta est cartilagineum valde magnis, cartilago ossea, & quanto animatis genus corporis mole valetus fuit, tanto plus ossæ substantiae cartilago fortia est. Et in maximis, vbi plus ossæ substantiae gignitur, conuenit ipsam tunc appellare os cartilagineum, non cartilaginem osseam. Gal. ibidem, & 7. De anat. administ.

D E P R O D U C T I O N E V E N A E C A V A E  
A D S U P E R I O R A.

Primum in medio est thorace, quo loco cor per uolam a clavitem apophylium auriculam dextram, quasi manum quandam ipsi porrigit. Quæ non eius tantummodo rei causa, sed cuiusdam alterius, quam supra diximus, parata est.

Secundum est quintus pulmonis lobus, propter ipsam venam duntaxat factus, quem ipsa fibra substratum parte inferna habet.

Supernæ vero parte, quod postremum est, maximum & mollissimum adena habet, ob ideam tantummodo factum, quem *θυμός* Graci nominat. Hæc glandula partibus superioribus mediij pectoris oſis subiecta est, similene os ipsum venam cauam attingeret, similitudine ut alia omnia ipsius germina, quæ hoc ipso in loco iugulâ sunt quæ plurima, quæ primū emergunt, sucta stabilirentur. Id enim natura est perpetuum, vt quoties vasa sublimedividit, ibi mediâ glandulam, divisione ipsam oppleretur interponat. Hæc in pectore visellino facile appareat, etiamq; Galli vocant *la phagone*.

Quum cor ipsum, pulmones, & totus denique thorax, motu perpetuo agantur: per spatiōam eius laxitatem non erat tutus venæ cauae transitus, nisi praesidio quedam extrema habeat, quibus freta, quanquam exagitetur assidue ac velut sublimis pendeat, his tamen obſtitit & aliis que ipsam afficerre possunt. Singulare autem ac proprium ipsius praesidium est triplex.

Gal. initio lib. 6. De vſu part.

Vena caua ex gibba hepatis sursum per medias phrenas ascendens, in huc modum diuiditur.

Primum in signioribus ramis.

Deinde non ita magnis propaginibus.

Primum à septo transuerso ramus insignis quinto pulmonis lobo inuenitus, ad dextram

dextram cordis auriculam ascensit, per quam in cor profectus ramus arteriae similem tunicam induit, vnde venam arteriosam appellari diximus. Deinde tanquam ab initio, quadanteens ab auricula dextra deductus, deinceps autem thymo inuenitus, recta sursum ad jugulum fertur, atque in duos rectos ramos eoque insignes scinditur, quae venæ σφεγγίδες, id est, jugulares externæ seu superficiarie, non nullis apoplectice, Arabibus *guidez* manifeste vocantur, vtrinque singulæ à quibus superficiarie ferè omnes tum colli, tum capitii partes nutriuntur. Gal. ibidem, & initio comment. lib. 2. De ratione vietus in morbis acutis.

Vene inguinalis  
res externæ 2.

Prima ex ipso ramo insigni statim vtrinque ad septum transversum producitur.

Secunda coniugij expers, vnde Græcis ἡγυγός, vulgo *vena sine peri* dicitur, ex eodem ramo insigni prius quam ad cor pertingat, ad inferiorem thoracis partem quæ octo costis constat, defertur: quæ in plurimis animalibus ad sinistrum thoracis partem quintam dorsi vertebram ascendit. At in simili paulo supra aurem cordis in dextra parte sita est. In ceteris vero, ut in hominibus ex ea emergit parte, qua iam cordis aurem vena caua tangit. Hinc per spinam delata, vtrinque costis octo inferioribus ad diaphragma usque & membranam interseptentem distribuitur. Hæc à Galeno obseruata fuerunt in maiorum corporibus prolongum thoracē sortitis, quia sternon septem ossibus constitutabat. Nunc autem in nostris hominibus hæc vena azygos supra dextram auriculam cordis oriri cernitur. Quod ex corrupta sterni longitudine accidere demonstrat nos Sylenus.

Vena azygos,  
hoc est, paries  
expers.

Propagines ipsius minores septem facimus, licet plures aut pauciores possint fieri.  
Ex lib. 2. De ratione vietus in morb. acut. & de dissect. venarum.

Tertia est ex ramo illo in cor insigni prius quam dextrum eius ventriculum ingrediatur, quæ superficiem cordis corone modo cingens, vnde *sephanus* dicitur, quasi coronalis, in substantiam eius tandem penetrat, ut supra diximus.

Quarta propago, antequam caua cor prætergressa in jugulares scindatur, prodit vtrinque quatuor costas superiores alens; tum que circa scapulas sunt loca, & nonnullos etiam ex inferioribus colli muculosis: exiles venulas ad sextam vertebram in ipsa foramina insinuantur.

Quinta proximam huic quæ sublimis thoracis partes alit, rā dicem habens, ad manus vtrinque *sub māsculūs*, id est, per axillam porrigitur, in cubito interior apprens, de qua tabulā quartā dicitur.

Sexta ab ipsa caua postea quam in jugulares sifla est, vtrinque extra thoracem ascensit, ταρά την ομοι, id est, per humerum in brachium excurrens, vnde *āquæ*, id est, humeraria dicitur, de qua etiam tabulā quarta. Habet autem radiem his jugularibus superficiariis communem.

Septima ab his jugularibus externis parte internâ emerget, duas jugulares internas seu profundas faciens, quæ etiam apoplectice, & Arabi *guidez* occulte appellantur. A quibus profundæ omnes tum colli, tum capitii partes nutriuntur.

Humeraria.

Jugulares internæ  
terme 2.

TABVLA IL  
DE DIVISIONE MAGNAE ARTERIAE.

*Arteria magna divisionis ad partes corde superiores.*

### *Arteria caro-* *tides 2.*

**Divisio arterie  
magnæ ad par-  
tes inferiores.**

**A R T E R I A** omnium maxima, quam aortam  
Aristoteles nominat, ex sinistro cordis ventriculo  
exoriens, in totum animalis corpus distribuenda,  
vitalem spiritum deferens, natiuunque calorem  
per diastolen & systolen teperans, statim ubi a cor-  
de obliqua emerit veluti truncus quidam, impari-  
ous sectionibus bifarium diuiditur.

Vna minor ad sinistram o-  
moplatham & axillam pro-  
ducitur, quæ pulmoni in-  
uecta, & membranis fulta,  
fertur sursum vñque ad pri-  
mam costam, nulquam di-  
uisa (non enim tutum erat  
sublimè ipsam diuidere) il-  
linc autem iam diuiditur mit-  
tens

Altera maior sursum ad iugulum recta tendit, thymum instar strati illic substratum habens. Ibique rursum in duas partes inaequales scinduntur, quæ arterias efficiunt, quæ *neopatentia*, id est, soporaria, apponentia, & practicis subiecta dicuntur.

Altera arteria magna pars maior, quæ à corde deorsum fertur, ad spinam deflectitur, quintamque thoracis vertebrae ascendit, & inde per totam spinam versus ad latum os descendit. Primum, simul atque thoracem egressa est, duas in se pum transversum mitti arterias, deinde in ventrem, hinc, & iecur in unum vna- vtrisque ab anterioribus magnæ arterie partibus ducentes originem. Interdum

Altera minore, quæ sursum fertur, omnibus quæ sunt supra cor partibus, vasorum propagines prebitur.

Altera maiore, quæ fertur deorum, Qibī corpus sic maius, partibus omnibus inferioribus arterias immisura.

Vnam partem ad spata prima intercoftalia.  
Pōst autem & ad hypochondrion ac mammam mittit alteram, quæ toti pectori est subdita.  
Tertiam ad spinalem medullam collī, quæ per sex spondilorum foramina penetrat, mittitque etiā obiter musculis propinquis propagines.  
Reliquum huius arteriæ in totâ manu sinistrâ & omoplatam distribuitur.

Sinistra pars minor, sinistrā  
efficit *nægotiū*.

Dextra maior, dextræ, à qua paulum progressa multæ sunt apophyses. Etenim ad altas thoracis partes fertur quadam arteria: alia ad dextram mammillam per pect' defertur, & ante has dextra *naevi* ac clivis productus: deinde reliqua arteria pars obliqua, versus primæ costæ productionem accedens, ad omoplatam, ac manū, & colli partes dextras dispergitur.

At omne quod  
ex vtrisque ca-  
ratiibus reli-  
quum est, sur-  
sum recta pro-  
cedens calvari  
ingreditur, ibi-  
que plexu reti-  
cularem effor-  
mat. Deinde in  
duas rursus co-  
ries arterias cere-  
brū penetrat.

ex una radice bifaria didicuntur, ventri quidem, & lieni, & hepati altera pars: altera verò mesenterica intefinis distribuitur. Denig; cùm vena quas ad testes diximus ferri, arteria etiā procurrūt. Iā arteria magna pars extrema, cùm ad latera lumborum peruenient, supraposita venam tōscendit. Postea non aliter quam vena caua bipartitò scissia arteria, partē vtranq; in sibi subiectum crus mittit. Hanc diuisionē autem ad crura & manus prosequemur tabulā quartā. Gal. De dissect. arte.

## DE PVLMONE.

*Primum apud Græcis Latinis pulmo, voci & respirationis instrumentū, inter fauces & cor medius quasi sp̄ritus p̄prium statutur, lobis quinque, quali digitis quibusdā cor ipsum complectēs, duobus in laeva thoracis parte, tribus in dextra. Quorū quintus parvus vena caue gratia duntaxat factus, ut supra diximus, à se pro transuero ad cordis aurē dextrā pertingit, ipsi caue ascendenti molle quodam substericum præbens. Gal. lib. 6. & 7. De vsu part.*

*Corpus ipsum, cùm nō ex se, sed à thorace moueat, nō graue, nec densum esse oportuit, sed leue, rarum, molle, foraminulentum, aëreum ac spirituofum, & velut ex spuma quadā sanguinis concreta, contundat, valit; quam plurimis veluti contextū. Quod vt cor ipsi alimentū purum, vaporofum, ac tenuē preparat, ita aëre sec sp̄iritum ab alpera arteria extrinsecus attractum cordi immutat alteratque. Is enim sp̄iritus primū in carne pulmonis conficitur, tum in corde atque arteriis, & iis maxime que in plexu sunt reformati: ultimū ac perfectissimē in cerebri vē triculis, vbi vtique & animalis primū exactè efficitur. Gal. Ibidem.*

*situs pulmonis.  
Lobi. 5.*

*Substantia.*

*Aëris alteratio.*

Pulmo va  
sis tribus  
contextus  
est.  
Gal. initio  
lib. 7. De  
vsu part.

Vena arteriosa,  
qua, vt dixi-  
m°, ex dextro  
cordis ventri-  
culo profici-  
tur.

Arteria venosa  
seu laui, ex si-  
nistro.

Arteria aspera,  
ex pharynge.

Deinde illinc progreffla diuiditur eodem pro-  
fus modo omnia, bifaria quidē primū (quod  
ei pulmonis ipsius alia pars in destris alia in fini-  
stribus animalis est, patribus, membranis fortibus  
rursum in alias partes duas diuiditur, quod & pul-  
monis in vtrāque parte duo sunt lobī, cōque mo-  
do quatuor iam omnino partes vtriusque p̄redi-  
ctorū vasorum facta, diuiditur multipliciter in  
quatuor pulmonis lobos. Quintus verò lobus  
quū parvus sit in ampla dextri thoracis capacita-  
te, propagines exiguę à vasis in lobū magnū sibi  
propinquum distribuit, toti ipfi diffunduntur.

Hac vasa pulmonis, aliis totius corporis contraria sunt. Siquidē in ipso vena  
facta est arteriosa, hoc est, crassa, dura, & duplex, vt quod cibū sit velut promptu-  
riū, non dilatetur facile nobis in spirantibus, neque contrahatur expirantibus: tum  
etiā ne sanguinem crassum pulmoni, qui tenui ac vaporoso alitur, transmittat. Ob-  
id ipsa facta est maxima, vt quantum propter tunicae crastitudinem iuste nutritio-  
ni detrahitur, id magnitudine ipsius compleatur. Lib. 6. De vsu part.

Arteria verò, quae ex corde pulmo. ii vitalem sp̄iritum cum vaporoso sanguine  
ne communicat, & fuliginosa recrēmenta expellit, facta est venosa, hoc est, rara,  
tenuis, simplex, vt quod vena propter crastitudinem sui ac densitatem, alimenti mi-  
nus ipsi pulmoni tribuere posit, hoc omne arteria compenset, defecatum, tenue  
synchronum, ac vaporosum sanguinem ipsi abunde ob suu raritatē dispersens: pre-  
terea vt quum hæc sp̄iritus sit conceptaculū facile, dilatetur ac contrahatur, quod  
ipsam facile quidē repleri in spirantibus nobis, celeriter verò vacuari expiranti-  
bus & loquentibus, erat necesse. Gal. Ibidem.

*Vasa pulmonis.*

*Vena arteria.*

*Arteria venosa.*

T A B U L A I I.

*Aspera arteria* Tertium vas pulmonis, quod aspera arteriam vocant, inter duo praedicta consti-  
tuitur, per mediā arteriam venosam cordi cōnexum. Hoc solum in pulmone vas  
omnino est inane ac vacuum sanguine, quando secundum naturam sē habet ani-  
mal. Quādo vero ruptura aliqua vel oris apertio, vel vasis erosio, in pulmone acci-  
dit, tunc effunditur aliiquid sanguinis in hanc ipsam arteriā, qui spiritui faciesit  
negotium, cuius vias occupās, eoque modo tūsi quidem animal iam infestatur. San-  
guis vero sursum per pharyngā ad os fertur. Lib. 7. De vſu part. De hac arteria pau-  
lō pōst dicetur latius, vbi de pulmone & cesophago absoluēmus.

*Tunica pul-  
monis.*

*Nervi.*

Ceterū lobos omnes ambit extrinsecus membrana quedam tenuis, portio-  
nes quafdam eorum neruorum, qui propter stomachum interne ad ventriculum  
feruntur, accipiens. Nam pulmoni melius fuit, ut cordi, hepatis, lieni, ac renibus  
neruos habere minimos, adeorum quę molestiam adserunt, dignotionem. Lib. 7.  
De vſu partum.

D E O E S O P H A G O.

<i>D y o meatus</i>	<i>V nus ad spinam, &amp; cesopha-</i>	<i>Spatium illud quod vtric;</i>
à lato oris spa-	<i>gus seu gula appellatur, via</i>	<i>meati prætenditur, Latini fauces,</i>
tio incipiunt.	<i>Alter iuxta pronam colli par-</i>	<i>Græci φάρυγγα vocant,</i>
In introd.	<i>tē, &amp; aspera arteria dicitur,</i>	<i>Apho. 24. lib. 4. Prog. 18. lib. 3.</i>

*Via aëris seu spiritus.* & cap. 5. lib. 4. locorum affect.

*Oesophagus.*

*Stomachus.*

Cōmuniſ via qua ab ore fert ad ventriculum, inter hunc & fauces media, gula  
latiniſ, Arabiſ Meri, Græciſ propriā οἰστοφάγη dicitur, cōmuniſ ſeptem ſpinae.

*Oesophagi tu-*

*nice 2.*

*Situs.*

Omniū enim ventri collū prepositū, inſtar iſthmi cuiusdam anguſtū, nominatur  
stomachus. Non nunquā etiā ita vocat̄ ſeptem ſpinae, ſed impropriū. Gal. initio lib. 4.

De vſu part. 13. Metho. cap. 4. lib. 5. De locis affe. Apho. 39. lib. 6. & Apho. 36. lib. 7.

Oesophagus duabus tuniciſ cōſtant, ventriculi tuniciſ ſimilibus ſub aspera arteria deorū recta per ſpinā defertur, in mediſq; ad perpendiculū quatuor pri-  
mis dorſi vertebris extēditur, nūquam curvum infeſtens. Ad quintā verō vertebrā  
deerrat, digrediturq; ad dextrā, vt cedat inſtrumento magis momentaneo, maximē  
omniū arteriæ deſcendentī, qua per medias vertebras ferri neceſſe erat, vt diximus  
in eius diuifione. Quum primum verō phrenas cōtigerit, mēbranis ſortibus ſub-  
limē admodū elatus, ſupra magnā rufus arteriam tranſit in partē ſinistrā, quo  
loco phrenas præterlapſus, ori ventriculi in ſigurā, ſublimis quidē, ne in asperiorū  
ciborū tranſitu arteriam cōprimat. In lēuam verō trāſit quād eo in loco fa-  
tius fuerat ō vētriculi conſtitui, vt tabulā prima diximus. Lib. 4. & 6. De vſu part.

Eſt itaq; oesophagus rotundus, tum vt per locum minimum plurima peruidat  
materiā, tum vt ab iniuriis fit tutor, obliquus verō poſitione ac tortuofus totus,  
cūm vt cedat magna arteria, tum etiā vt nerui ſint tutiores, quiā cerebro in ven-  
triculum ad stomachum feruntur. Qui cum proprie ventriculum accedunt, circū  
stomachum inuoluti, ſic demum inſinguntur. Gal. ibidem, & 7. De vſu part.

Quād autem vene paucifimē eaq; omnino obſcure ē mēſarēo ad cesophagū  
immittantur, diximus tabulā prima, ex lib. 4. De vſu part. vbi trāſauimus de  
ventriculo.

D E T R A C H E I A ſ E V A S P E R A A R T E R I A.

*Aspera articu-*

*lis oris.*

*Situs.*


*Figura.*

*Nervi.*

*Vene.*

ARTERIA pharynx, hoc eſt, aspera, quam alij φάρυγγοι, quemadmodū & car-  
tilagines quibus conſtat, φάρυγγα appellant, tertium eſt pulmonis vas à pharynge  
protectū, cuius anteā meminimus, mediū inter arteriam lāuem & venam arterio-

ſam





T A B U L A T I L.

Porrò quod primum in larynge vox efficiatur, quodque dilatetur plurimum, ac comprimatur, aperiaturque, ac claudatur ad vnguem non unquam supernum eius orificium, melior ei fieri constructio nulla poterat, quam ea quam nunc habet ex hinc cartilaginibus natu ro fibi applicatis, quas moueri per musculos sponte tuit. Gal. ibidem.

Musculi laryn  
gis 20.

Proprii 12. et  
corundē r̄fus.

*Ob id mu-*  
*sculi in la-*  
*rynge facti*  
*funt circiter*  
*20.*  
*Gal. ibidē,*  
*relicti 12. pro-*  
*Cōmunes 8.*  
*& 16. Dev-*  
*cūndē r̄fus.*  
*su part.*

Proprij  
12. ex  
quib⁹

10. trium  
cartilagi-  
nū sunt  
commu-  
nes, quo  
rum

4. primam car-  
tilaginem cum  
laryngis anteriores coniun-  
tū sunt, maximāque clau-  
ctūt, in ani-  
dūt cartilaginem: duo sub-  
stantibus voce  
sequentes eas qua in ini-  
magnapreditis.  
mis sunt, abditæ.

Alij 4. in omni-  
bus animali-  
bus secundā  
tertiae cōmit-  
tunt.

Horum sex, quatuor ape-  
riunt cartilaginē aryteno-  
dem: alij duo claudunt.

Alij 2. primam  
tertiae.

Reliqui 2. sunt in basi aryte-  
no deos. Verū hi in anima-  
libus voce parva preditis nō  
insunt, in quibus simia nu-  
meratur.

His preditis opitularur  
duo transuersi, in multis a-  
nimilibus coalescentes, ba-  
sim tertiae cartilaginis con-  
stringentes.

Duo ex minoribus osis hyoodeos lateribus ori,  
pōst autem secundum longitudinem omnem  
scutiformis, parte anteriore ac superiore produ-  
cti, ipsam scutiformem trahentes, à posteriori-  
bus eam cartilaginibus abducunt, meatumque  
amplificant.

Alij quatuor sequuntur, quorū duo ab ipsa scuti-  
formi exorti, sed ad peccū tendentes, alijs duobus cōmiserunt, illis saltem animalibus, quibus  
magna sunt, & totus larynx, & cartilago scutif-  
ormis. Hi preditis contrariam actionē ac po-  
sitionem habentes, partes scutiformis inferiores  
contrahunt, trahuntque infrā, cum eo levitera-  
speram arteriam contrahentes ac constringen-  
tes, ut neque reduplicetur quicquam, nec ap-  
plicetur, quem animal vult loqui.

Reliqui duo trāsuerſi, ex obliquis scutiformis par-  
tibus enati, deinde in orbem œophagum com-  
pleteſtent, ſimiliter ſe coēunt, illāque partes  
prima cartilaginis protrahunt, ſecundāq; ap-  
plicant, quō meatus conſtringatur.

Ceterū à ſexta cōjugatione deſcendente, (cui parua portio ſeptimē coniug-  
accedit) neuorū diſtributiones accipiunt nō nulli, qui in collo ſunt recti muſculi,

tum

tum reliqui laryngis, præter sex proprios, scilicet quatuor aperiætes & duos claudentes, ad vocis generationem maximè necessarios. Qui cum rectam positionem lorū laryngis.  
habeant, ut capita eorum sint infernè, fines autem supernè: nulla ex ea sexta coniugatione descendente propago ad ipsos distribui potuit (quauis, dum per colum fertur, prope eos iter faciat, ac quibusdam laryngis musculis neruum quendam præbeat) sed fuit necesse à partibus infernis neruos ipsos ab eadémque coniugatione immitti. Quod quām mirabilē naturæ artificio factum sit, breuiter explicabo. Ex lib. 7. & 16. De vñ part.

Nerui duo sextū cerebri parvnā cū arteriis carotidibus deorsum feruntur, ipsa propinquitate stabilitati ac cōmūnib⁹ experimentis muniti. Qui collum præterlapsi, dū per thoracem deferuntur, propago quādam vtrinque enata, per eisdem reverterit viam, quā prius descēderat, ecu curium reciprocis. Recurruntque alperæ arteriæ ad haren⁹, ad sex musculos, à quibus aperiri ac claudi laryng⁹ contingit, eisq; cōmutatur vox efficiendæ gratiæ. Nam si quando ledantur hi nerui, illa aut vitiatur, aut in totum aboletur. Gal. ibidem.

Dexter nerus ad claves circum ramum arterie magnæ, qui ad dextrā axillā fertur, veluti circum rotulam quādam obvolutus reflectitur, sursumq; recurrit, donec in tres laryngis musculos suę pars dispergatur.

Sinister longissimè produc̄tus, circum maximam arteriā obvolvitur, et potissimum parte, qua primum à corde emergens, scilicet ad spīnam inflēctit. Inde ad laryngē recurrit, & in reliquo tres suę partis musculos dispergitur.

Quā autē musculi duo, qui laryng⁹ claudunt, fortissima habeat actiōnem, ideo factum est, vt

Nerui recurrentes 2:

secundū virunq; muculū supernè deorsum

descendens pertineret:

vnde etiam quæ laryng⁹ circunfūta sunt corpora, particulas quasdam accipiunt. Reliqui eorum solidorū neruorū proprio musculi nero coniunctum, ad robur ipsius ac securitatem confert.

Quām sexta hæc neruorum coniugatio totum collum præterlapsa, primam hanc neruorum diuisionem duplē produxerit, ad thoracem ipsum & radicem costarum pertinentem: alias ultra hanc, multas producit, partim ad cor, partim ad pulmonem, & stomachum, tum ad ventriculum, tum ad hepar, lienem, & renes, vt latius tabula sequenti dicetur. Gal. ibidem.

## DE EPIGLOTTIDE.

In spacio laryngis interno (per quod intrō & foras fertur spiritus) corpus quoddam incumbit, quod ē *epiglottis*, hoc est, linguam laryngis nominant, figurā linguam fistulæ referens, rotundum, membranofūm, humidum simul & viscōsum atque adiposum, magnitudine paulò maius laryngis orificio. Pertinet autem ad cœphagum, positionēque habet cartilagini arytenoedi contrariam, ex radice linguis proficilens. Lib. 7. De vñ part.

Circa exortū epiglottidis, foramen paruum vtrinque occurrit, prælongum superne, deorsum instar lineæ cuiusdam angustæ, vt rima ac fissura verius quam foramen apparet. Praterea ipsi foraminī (quod clausioñis est causa) parte interna ventriculus seu cauitas non parua subiicitur, ad quam, quum aer, vias nactus amplas, in animal ingreditur, rufusque exit, nihil in ventrem pellitur. Gal. ibidem.

Epiglottidis figura.

Substantia.

Magnitudo.

Situs.

Ortus.

Foramina 2.

Ventriculi 2. fo-

raminibus sub-

iecti.

E ij



## DE TONSILLIS.

**O V O N I A M** exicata lingua ad motus tardior efficitur, quod indicant ipsi qui sibi immoda infestantur, cum ijs quibus in febribus ardentibus humor omnis linguae est exhaustus: huic rei natura mirifice prouidit, ne ipsa tali affectu facile prehenderetur. Laryngi etiam propter hanc eius vilitatem glaphidulas spongias miles, carnosas, vnam utrinque apposuit. Quod ipsum in lingua etiam fecit. Has Graci παραγματα, Latini tonsillas vocant (licet nonnunquam ipsarum partium inflammationem sic nominent) vulgo **angidale** appellatur. Ab his meatus per obliquas partes atque inferiores humorem pituitosum in ipsam eructant liquidum, liguum ipsam atque inferiora latera, & omnia que in oris sunt circuitu, humectantes. Lib. II. De vsu part. & Aphro. 26. lib. 3.

## DE GARGAREONE.

In fine palati ad fauces, carnosae quaedam particula suspensa appetat, que Gracis γεγογραπτη est, gurgulio, & ulcus, id est, columna, & nonnullis columella, Gallis **la lucte** appellatur. Vulgo **vuulsa** vocant, sed vuula proprie huius partis morbus est, vt nonnunquam etiam columnam sumitur.

Hæc particula vocis plecrum est, ipsi ad magnitudinem atque elegantiam consenserens: ut aī ingrediens ab ea prius incidatur, impetrusq; ipsius violentia frangatur: ob idq; ipsum, & frigiditatem. Siquidem non nulli, quibus ea ad basim visque effetam putata, non modò dexterū perpicue sunt loquuti, sed etiā frigidore senserunt inspirationē. Plerique etiā eiusmodi pulmone ac thoate refrigerato perierunt. Vnde gargareon nō temere est abscondens, sed pars quaedam basis est relinquenda. Confert etiā ne puluis aut eiusdem generis substancia quædam in laryngem incidat. Lib. II. De vsu part.

## DE DENTIBVS.

Anterior parte quatuor sunt supra, & infra totidem, acuti ac lati, qui **μετέστησιν τόμους** & **τούμους** Gracis, Latinis incisores appellantur, quod ad cultri similitudinem cibis suapte natura incidentes valeant. Gracis etiam γέλασον dicuntur, quod inter ridendum deteguntur. Hi omnes singulis radicibus nituntur.

His deinceps alii duo virinque **βερεντεροτε** id est, canini dicti, q; cani dentibus quam simillimi sint, in inferiore basi lati, parte superiore acutis, quibus singulæ quoque radices longissime insunt. Hi siquid propter duritiam ab incisoribus scindi minù potuit, id frangere possunt. Horum autem cænorum, qui superiori maxilla in fixi sunt, vulgo dentes **ocularii** dicuntur, quod suis radicibus longissimis ad oculorum orbem ferè pertingant. Vnde si ut altero ex his auulso, periculum imminent, ne parte aliqua offendantur oculi.

Vltra hos, **γουφει**, maxillares, quini ut plurimi in una maxilla ab utroq; latere, nonnullis quaterni sensive oriuntur. Sed qui maxille superiori in fixi sunt, ternis radicibus adhaerescunt: qui inferiori, binis. Primi tamen duo omnium interiores suprà sepe cum quaternis, infra cum ternis radicibus deprehenduntur. Eos autem non modo maxillares, sed & **μύλαρχος**, id est, molares appellat, quod eis cibi, veluti molis cereales fruges, tenuantur & atteruntur. Hi enim asperi ac lati, duri ac magni, incisa ab incisoris, aut fracta à caninis, laevigare planè ac terere queunt.

Dentes numeri  
10 32.  
Incisores 8.

Canini 4.

Maxillares secundum numerum molares 20.

E iiiij

T A B V L A I L

*Phatnia.* Omnes in osium concavis insiguntur. Osium vero genz vtriusque processus tenues, quibus dentes ipsi continentur, *φατνία*, id est, præsepiola appellant, à præsepum similitudine, quibus pecudes vtūtū. Singulis enim dentibus præsepiola hæc sunt circundata, quos constringunt ac continent ligamentis adeo fortibus (quibus ipsi alligantur, & potissimum ad radices, vbi & nervi inseruntur) vt non facile concutiantur. Quæ subeunt foramina, *βοθρία* appellant, à foueæ militidine. Gal. ibidem.

*Bontia.*

*Nerui dentium.* Ex osibus dentes tantummodo, mollium cerebri neruorum à tertia coniugatione participes sunt: ob idque soli euidentem sentiendi vim habent, tum quod hiis quæ sibi occurunt, nudi sint expositi, tum quod ipsos vna cum lingua sentire oportebat, ac sapores discernere, non aliter, quam ceteras oris particulas. Sic itaque dentibus nerui molles inseruntur. Gal. cap. 5. lib. De osibus, & 9. & 16. De vñ part.

D E L A B I I S.

*LABIORVM* seu labororum, quæ Græci *χελά* vocant, substantia sola eiūmodi extitit, vt eam aut musculum pro cute, aut cutem musculoam iustè voces. Nam moueri ipsam motu voluntario oportebat, multoque aliis musculis efficienduorem: vnde natura ex cute ac musculo ipsam temperauit. Gal. lib. II. De vñ partium.

*Musculi 4.*

Quatuor autem in ipsa musculi peruenient. Gal. ibidem.

Duo ab ora ultima genæ inferioris orti, Reliqui duo parū sub malis.

Quorum principia quattor, perspicua quidem, sunt antequām cūti permisceantur, cum ea verē admixta, amplius omnino non apparent, ab illiusque substantie separari nequeūt. Nam, vt diximus, ex tota cutis substantia toti musculoæ substantiae admixta, animallum labia sunt conflata.

*Motus 8.*

Per hos 4. musculos, motus labiorum octo omnino efficiuntur. Gal. ibidem.

Obliqui 4. in vitroque labio duo. Vnus quū ad dextram, ipsa circa Alterum quum cūaguntur, ad lequam, recti totidem.

Duo omnino recti, quū scilicet labia plurimū à se se distant, alterum quidem sursum ad nam protēsum, alterū verō deorsum ad meatum detractum. Duo alij quando inter se committuntur, superno scilicet deorsum, inferno autem sursum tracto.

Quæadmodū enim in carpo ac brachio ex obliquis motibus recti sunt, sic in labiis accidit. Sic enim musculus solus vtriusque labij agat, motus fit ad obliquū. Sin verō tensi utriusque fuerint, eo modo iam totum simul labrum sursum à musculis superioribz trahitur: deorsum, ab inferioribus.

Vt autem

Vt autem maximi, non hi soli, sed cum eis hi etiam qui in genis sunt, efficerentur: musculum latum ac tenuem natura extrinsecus subiecit, unum in parte vtrique usque ad colli spinam pertinentem: qui ad sermohem ac masticationem valde confert. De fibrarum horum musculorum productione, vide ibidem.

Ceterum præstitit nervos ad labrum inferius ab iis qui per genam inferiorē feruntur, deducere: ad alterum verò ab iis qui feruntur per superiore. Ad eundem modum & arterias ac venas à propinquis in ipsorum vtrunque producere multò præstitit, quam à locis quibusdam remotioribus inducere acquirere, Galibidem.

DE MUSCULIS OS  
MOVENTIENS.

TRIA musculorum genera, ad mouendum os natura adhibuit: quorum Gal. initio, lib. II. De viu partium.

Duo claudunt, & velut pendente a se ge-  
nam inferiorem attolunt ac sustinent, ob id consentaneum fuit ipsos ordine esse maximos, qui Græcis κρατητοί Latinis tempora-  
les appellantur.

Duo alij oppositi multo-  
minores, os ipsum apte-  
runt.

Alij duo amborum ma-  
gnitudine & positione  
medij, os variè circum-  
agunt, quos Græci à  
mandendo μαστίχας a lativo magno propter id est, inveniatores nun-  
cupant.

Musculorum temporalium predictorum vnius utrinque est, & vterque desi-  
nens in unum magnum tendonem (qui ex medio musculi enascitur, quod in nul-  
lis aliis musculis Réperies) gena inferioris coronat sublimi, seu acumi insigatur:  
qui si tensus fuerit, sursum eam trahit. Quod cum accidit, animalis os claudi-  
tur. Hi musculi soli in capitis osibus abditi sunt, quos alia ossa excipiunt, alia in or-  
bem complectuntur, adeò, vt exigua eius pars ad finem frontis eminat. Nam in-  
ter omnes musculos potissimum hi si laesi fuerint, convulsiones, febris, caros, &c. &c.  
della inferunt: tum quia neruorum principio sunt proximi, solumque ipsos os  
prohibet, quod minus cerebrum ipsum contingat: tum quia magni sunt, & plu-  
ra neruorum principia habent: consentaneum est principium exaudire quam cedere, ut  
lerrime ac sentire ipsorum affectus. Ob eam causam Hippocrates etiam recte dic-  
cit, lethales plagas & caros in temporibus fieri. Et ante Hippocrate natura quo-  
que præuidit, maximam fore animalibus perniciem, nisi securitati musculorum  
temporalium prospexisset. Proinde ne extrinsecus afficerentur, os ζύγων, id est, Os Zygomaticum, propter Angulum  
jugale, quod vulgo os paris vocant, medullæ expers, densum atque instar lapidis  
durum, ipsis prepositum & in orbem quasi septum quoddam circumiecit, ne ex-  
trinsecus afficerentur. Galibidem.

T A B V L A I I.

*Musculi os operantes 2.*

*Maxilla superior motus & medulla ex-*

*PPS.*

*Musculi masticatores os circa emmagenter 2.*

*Quae masticationi servient.*


*Nervi muscularum faciei.*

Duo alij oppositi, inferioribus maxillæ inferioris partibus infiguntur statim post flexionem ad eum usque locum, qui est ad mentum, unus utrinque ex internis partibus adhærens, qui si tensi fuerint, os ipsum aperiunt. Partes horum musculorum carnosæ in principio ac fine sunt: neruofæ vero in mediis: quod in nullis aliis musculis reperias, quemadmodum neque ex mediis temporalibus tendonem enasci. De maxillis, autem, quæ Græcis στεγόνες & γένες dicuntur, unde & genas nos etiam vocamus, inferior, in quam musculi & aperientes & claudentes inferuntur, sola mouetur, & medullosa est. Superior contraria omnino non mouetur, ob id propterea medullæ fuit expers. Gal. ibidem.

Alij duo musculi, ad mandibulæ in masticationibus circumactionem à natura fuerunt comparati, qui carnosam quoque genarum partem constituant, quos nonnulli utrinque non simplicem musculum, sed triplicem esse existimant, quod tres ipsorum sunt ἀρχαὶ τοῦ μαστικῶν, aut tendones, aut in maxillas insertiones instar principiorum. Hi maxillam circumagunt, pro varia fibrarum atque insertiorum actione, vt motibus aliis vicissim excipientibus, multiplices hanc in masticationibus actiones. Conuenienter itaque musculos hos μαστικῶν, id est, masticatores nuncupant, tametsi ad musculos quoque temporales non minimè appellatio hæc pertinet: illi enim vnam eam actionem in masticationibus duntaxat obuent, vt dentes vehementer inter se committant: quam rem cōsequitur, vt si quid inter eos fuerit, id cōminatur. Porro cibum leuigari atque in partes minimas conteri à molaribus, quasi molis, masticatorum musculorum est actio. Hi enim ipsi & cibos mutant, & qui à dentibus excederunt, rursus iisdem commissis atque applicatis adducunt, tensi ac contracti, temporalibus musculis nihil ad id conferrentibus. Lingua vero non item, sed ad actionem hanc confert non minimum, vt quæ instar manus cuiusdam cibos in ore assidue transfert ac voluit, quod pars ipsorum omnis itidem conteratur. Extrinsecus autem unus utrinque masticator hic musculus velut secunda quædam manus linguae adiutor est comparatus. Maximo autem ad eam rem ei sunt auxilio fines buccarum, quas Græci γάνγρα vocant, inferiores, qui cutacei sunt, spectantque ad labia, ad quos perueniunt tenues ac lati musculi: utraque parte unus, toti collo circumiecti, de quibus anteà diximus. Mouentur enim ab his buccæ cum labiis, etiam si gena immobilis omnino fuerit: musculi que omnes ipsam mouentes, peculiare quidam quodammodo, cuiusmodi alias nullus, habuerunt. Gal. ibidem.

Tertia autem neruorum cerebri coniugatio omnibus faciei musculis, atque aliis propemodi omnibus ipsis partibus neruos distribuit. Gal. ibidem.

Hæc



In utraque faciei parte, temporis musculo (vt diximus) praeponitum est os *zygoma*, id est, iugale, quod vulgo *os pacis* vocant, medulla expers, densum, atque instar lapidis durum. Quod transuersum in medio futuram habet, eiisque posterior pars omnis, cum capitio ossis petroso, quod iuxta aurem habetur, connectitur: anterior vero, cum parte superciliij extrema, ad paruum oculi angulum continetur.

Maximum habetur, quod iuxta iugale situm est: nam nonnulli temporis superciliique, & sedis oculorum, totumne exiguum in se comprehendit, & ad eamvisque partem qua malum appellatur, procedit.

Alterum situm ac magnitudine mediū est, nervos ad superiorē maxillam tendentes continent, habetq; natuale foramen, omnīus quae sunt in eo loco maximum, per quod nervus in faciem defertur.

Tertium omnīus minū, iuxta magnum oculi angulum locatum est.

Nonnulli anato Sex ossa, in sin mici, qui non *gulis oculorum* sex, sed duo tan tūm constitūt, tria, tria hæc ossa vnum esse traden tes: geminas qui bus distinguuntur, futuras, vel omnino non vi dent, vel tanquā exiguae dedita opera pretermittunt.

Duo grādia, in quibus mala, dentesq; ferre omnes infundit.

Duo sub narī foraminibus.

Ossa nasi duo.

Ale nasi.

Sex ad radicem oculorum sita, vtrinque tria: que à communī capitis futura item ab ea, que à temporibus sub offe jugali & inferioribus oculorum palpebris, ad medium superciliorum ascen dit, continetur. Quorum

Histribus ossibus in oculi cavitate positis, ab utroq; latere, os vnum insigni magnitudine subiacet: cuius os mali, den tiūmque omnium (exceptis incisoris) alutoli partes sunt. His duobus ossibus omnium maximis, duo alia exigua adiacent, quā narium foramenta ad palatum tendunt. Nasi quoque ossa duo sunt, que futurā à medio superciliorum descendentibus discernuntur. His ossibus inferiore in parte, cartilaginea tenuissime corpuscula (alas vocant) ab utroque latere adnascentur.

Sunt & alia duo in maxilla extremitate, in quibus dentes incisorij insiguntur, eaque interiora sunt, quamquam que foris facile possint conspicari.

Duo in max ille extremitate.

Hac fuit ossa faciei. Gal. De ossibus, & in fine lib. II. De visu partium.

Maxilla superioris ossa, ad minimum sunt 8. ad summum, 15.

T A B U L A I I.

Quindecimum os maxillæ superioris, facit os palati, quod à cunei similitudine *os cuneus*, vulgo *os cunei*, & *basilare* dicitur: quodd secundum palatum ad basim totius capitis subiacet, quemadmodum & ipsius pars os occipiti continet. Hoc à nonnullis inter capitis, ab aliis inter maxillæ superioris ossa numeratur: cum inter utrumque sit medium, velut cuneus quidam, continens in se meatum cerebrum purgantium foramina. Ob id densum & durum factum est, ne ab excrementis, quæ à locis superioribus defluunt, per ipsum perlapsuris, facile putreficeret. Habet id os apophysis, quasi explantata & procedentia quædam, quas ab alarum similitudine Græci pterygædeis vocant, eaque utrinque sunt, & concavæ.

*Os sphenoidæ*

*Apophyses*  
*Pterygodes.*

*Ossa ethmoidæ*

*Maxilla inferioris os duo.*  
*Cornua maxillæ inferioris.*

*Foramina in maxilla inferiore.*

*Dentes 32.*

Sunt intus, meningibus præposita versus cerebrum, ossa admodum foraminuenta & cauernosa, quæ ab anatomis à cribri similitudine vocantur *os cribreum*, vel magis propriæ (vt Hippocrati placet) à spongiæ similitudine *os spongiosum*: hoc est, spongiofa. Nam varia habent foramina, quo modo & spongiæ: neque ea habent recta, vt cribra. Vulgo *colatoria* appellantur, quod superflua transcolent. Per ea enim humores à cerebro in naribus defluunt, & aëris inspiratus sursum in cerebrum defertur. Gal. lib. 8. De vni partium.

Maxilla inferioris duobus oculis constat, ad imum mentum tam artificiosè complicitis, vt vix (nisi coctione) commissuram discernas. Non est itaque os simpliciter, vt quispiam putat. Nam coctum in summa menti extremitate laxatur.


Alterum in mucronem desinens, tendonem à tempore musculo descendenter recipit.  
Partes ei' extremae, quæ quasi capitulatae sunt, duobus quasi cornibus terminantur, quorum Alterum capitis os, sub eo exortu, quem maxillare vocant, alligatur, ibique in parvulum sinum rotundo quodam quasi tuberulo se se ferat.

Parte interna, per longitudinem huius maxillæ magna foramina utrinque apparent, quæ nervos recipiunt, qui à tertia coniugatione ad radices dentium eiusdem maxillæ seruntur. Sunt & duo parte externa, à quibus portio vasorum ipsorum exit, quæ gingivæ & labro inferiori communicatur.

De dentibus, qui duo & triginta hominibus insunt, supra dictum est.

Hæc ad finem huius tabule non absurdū fuit addere, licet videantur pertinere ad tabulam sequentem.

L O D O I



# LODOICI VASSAE, I

CATALAUNENSIS, IN ANA-

TOMEN CORPORIS HUMANI

tabula tertia, de capite.

## PARTES CAPUT CIRCUNSCRIBENTES.

Anterior supercilia excedens, pilis vacua, inter v-  
tranque aurem sita, Frons nominatur, Græcis  
ιεποπη.

Hac superior capillis testa, sinciput, Græcis Ερέ-  
σις.

Summa & media inter sinciput & occiput, κεφαλή  
Φά, id est, vertex dicitur, unde velut à centro cir-  
culus pilorum prouentus existit.

Posterior, occiput siue occiputum dicitur, Græcis Οκι-  
πυ.

Pars inter utrumque oculum & aurem posita, κεφαλή  
ταφοι, id est, tempora appellantur.

A priore sub tota fronte, auribus, oculis, naso, &  
ore ad γένεσιν, id est, mentum usque circumscri-  
pta à superciliis inciens, περιστατή, id est, fa-  
cies dicitur.

Exintroduct. seu medico.

Caput naturale velut sphera est oblonga, priore ac posteriore parte promi-  
nens, atque ad aurem utrunque quasi comprium. Quod vero acuminatum est ver-  
tice, quod φρέσιο vocant, depravatum est, & à naturali recedit. Gal. in fine lib. 9. De  
visu partium, & De osibus, cap. i. & in Arte medica, cap. II.

Tres autem sunt communi-  
no capitis acutorum  
figura.

In fine lib. 9. De visu  
partium.

Prima ei planè contraria, qua naturaliter se habet, quan-  
do scilicet caput ambas amiserit eminentias, occipi-  
tis & cibicet alteram, reliquam autem frontis: aquale  
autem fit utrdequeque, & quasi perfecta sphera.

Altera que in fronte nullam habet eminentiam.

Tertia que in occipito nullam habet eminentiam.

Quarta species acuminati capitis cogitari quidem pos-  
tulat, sed fieri non potest: ut si caput ad utrunque au-  
rem efficeretur prominentius quam in fronte & occi-  
picio.

## DE CAPILLIS.

PILI capitis, Ηγετες Græci dicit, primū occurunt, qui ut malorum, pluri-  
mū augeri possunt, quum ex humido ac molli loco emergant. Quandoquidem  
in iis vultus erat duplex: una ad partes operiendas, quae admodum est multiplex

Capillorum genit. Capillus est duplo  
fus duplex, & nate operiendas, & ad  
partes operiendas, & ad frontem, & ad  
tempora, & ad oculos, & ad nasum, & ad  
occipitum, & ad auribus, & ad frontem  
mentis, & ad cibos, & ad oculos, &  
ad nasum, & ad auribus, & ad frontem  
mentis, & ad cibos, & ad oculos, &  
ad nasum, & ad auribus, & ad frontem  
mentis, & ad cibos, & ad oculos, &  
ad nasum, & ad auribus, & ad frontem  
mentis, & ad cibos, & ad oculos, &  
ad nasum, & ad auribus, & ad frontem  
mentis, & ad cibos, & ad oculos, &  
ad nasum, & ad auribus, & ad frontem  
mentis, & ad cibos, & ad oculos, &  
ad nasum, & ad auribus, & ad frontem  
mentis, & ad cibos, & ad oculos, &  
ad nasum, & ad auribus, & ad frontem  
mentis, & ad cibos, & ad oculos, &

T A B V L A I I I.

Generatio.

quum neque per omnes aetas oportet itidem egeamus, neque per anni tempora, aut regiones, aut corporis constitutiones: altera ad crassiora excrementsa consumenda. Hi enim ex fuliginoso & crassiore excremento tertia coctionis generantur. Lib. II. De vsu partium, & 2. De temp.

D E C V T E C A P I T I S.

*cycle palatini recti recti  
recti & propriae recti recti  
Cutis capitis.  
Cutis frontis.  
Musculus cutaneus frontis.  
Cutis ad oculos.  
Cutis malorum.*

C V T I S, cui capilli illi radicibus suis inhaerent, densa, dura, secca & crassa apparet. At cutis frontis, quæ glabra est propter oculos, & motus voluntarij particeps, fibras nervorum sensibiles ac conspicuas merito est adepta: subest enim ei musculara quedam natura ac substantia tenuis, multas nervorum fibras in se ipsum recipiens, à qua cutis separari non potest, quemadmodum cutis reliqui corporis, sed planè cum ea coadunat: motuque amborum est unus, qui supercilia scilicet attollit. Cutis etiam quæ est ad oculos à partibus subiectis excoriari non potest, non tamen laxa est, neque motum sensibilem habet, ut ea quæ in fronte est. Molorum autem pars inferior genis coheret, superior vero subiectæ in fronte muscularæ substantia est unita: ideo cum his simul moueri potuit. De cute laborum tabula precedentia diximus. Lib. 9. & 11. De vsu partium.

Hæ sunt partes externæ. De oculis vero, superciliis, ciliis, naso, & auribus suo loco agetur. Quare ad internas iam veniendum est.

D E P E R I C R A N I O.

Pericranii origo, & etymon.


S V. B. cute capitis, membrana quedam apparet, ex crassa meninga per fuscum enascens, quæ quidem cranium extrinsecus ambiat, Græcis peculiariter  $\pi\mu\sigma\tau\alpha$ ,  $\kappa\epsilon\pi\alpha\tau\alpha$ , communiter vero  $\pi\mu\sigma\tau\alpha$  appellatur. Nam membrana omnis seu tunica ossa ambiens, communiter ipsius petrofios nominatur. Oritur autem hac ex crassa meninga. Siquidem ex ipsa plura vincula enascuntur, tenues quedam membranae: quæ per suturas foras excedunt, singula verius cranij partem sibi directam, vnde exorta sunt, extenduntur, inde progressa sibi mutuo occurruunt & coaptantur ac coalescent, & exacte vniuntur, communemque ex seipsis viam hanc procreant membranam,  $\pi\mu\sigma\tau\alpha$  dictam, quæ crassam meningem cum cranio connectit. Lib. 8. De vsu partium.

D E C R A N I O.

*Craniū cīmō.  
Compositio.  
Suturā vīsū.*

O S quod crassam meningem totumque cerebrum extrinsecus ambit, id est, calvariam appellant, quidem quasi  $\kappa\epsilon\pi\alpha\tau\alpha$  quoddam, id est, galea superciliat. Hoc cranium ex multis ossibus componitur, quæ suturis committuntur, vt per eas crassa meninx ossi capitis alligetur, vñaque excidant, alia intro, alia exira, pericranij producendi gratia: insuper vt transpiratus pateat fuliginosis excrements. Nam partibus corporis omnibus caput, velut tectum quoddam calidæ domus est superpositum. Quod sit, vt quum omnia, quæ à partibus subiectis sursum effiguntur fuliginosa ac vaporosa excrements, caput excipiat, largiore egat vacuatione. Lib. 8. & 9. De vsu partium.

In crano



<p>In crâno naturali suturæ, quæ Græcis ἔξαρσαι dicuntur, quinque sunt. Lib. De ossibus, cap. 1. &amp; in fine lib. 9. De visu part.</p> <p>Tres verae ferrariæ, &amp; rectæ intrò penetratæ, quarum figura literæ precipue similes sunt. Ex quibus</p>	<p>Duae transversæ sunt.</p>	<p>Vna posterior in occipitale, quam à literæ λ, tissimilitudine, λαμβοδोdes nominant.</p>	
		<p>Altera anterior in sincipite, quam σεφωνιαῖαν id est, coronalem vocant: quandoquidem corona in ea potissimum capitis parte collocantur. Vulgo ferratela, sive ferratula dicitur.</p>	
		<p>Tertia à media posterioris per capitis longitudinem ad medium vlique anteriorem extenditur, vnde Græcis ὄβελαῖα, id est, recta, &amp; vulgo sagittalis appellatur.</p>	
		<p>Duae mendoæ temporales, ab hac recta æquidistantes squamoſæ sunt.</p>	
		<p>per capitis longitudinem à posteriore in priorem partem super aures feruntur. Hæ autem sunt duobus inter se ossibus, non per furdram veram, sed paulatim principis os insofar squama descendens, attenuatur, atque sub id os, quod infra ab auribus acedit, subintrat. Propterea eas nonnulli non suturas simpliciter, sed à squame similiudine suturas vel conglutinationes λεπιδocleis, id est, squamoſas appellantur.</p>	
<p>Sutura autem in crâno quod latigiat est vertice, ad hunc modum constituta sunt. Nam vbi Galibidem.</p>	<p>Posterior Anterior</p> <p>eminētia perit,</p>	<p>Lambdodes Coronalis</p> <p>sutura a- boletur.</p>	<p>Fitque vtræ rema- nentū sutura: rum fr egulari, preternaturā. literæ similes.</p>
			<p>Vtraque eminentia deperditæ, geminae feruantur suturæ, recta scilicet &amp; vna transversa, quæ ad rectos se in vicem angulos, intersecantes, literæ similitudinem referrunt. Nanque recta sutura semper feruantur, coronalis vero &amp; lambdodes cum totius capitis figura variates intercidunt.</p>

T A B V L A . I I I .

*Ossa* *sincipit-*  
*tis* *2.*

*Os occipitis* *1.*

*Os frontis* *1.*

*Porro* *cranij* *os* *α,*  
*Ossa* *litho-*  
*des* *2.*  
id est, ossa, septem  
sunt, vel sex, spha-  
noide excepto.  
Gal. cap. 1. lib. De  
oss. & in fine II. De  
vnu partium.

*Os sphenoicu-*  
*des* *1.*

Duo bregmatis, id est, sincipitis, quae vulgo *parietalia* appelle-  
lantur, quibus ea sutura communis est, quae recta per capi-  
tis longitudinem fertur. Haec quadrilatera fungit crassa, sed  
cauernosa, rarisima & immutabilis.

Vnum occipitis, debilissimum & firmissimum, quod maxi-  
mum omnium quae sunt in capite, foramen, iuxta primam  
vertebram habet; lambdoe de futura terminatur.

Vnum frontis, quod vulgo *coronale* vocant, substantia inter  
predicta medium: coronali futura, atque ea, que capiti cum  
maxilla superiore communis est, distinguuntur. [Non un-  
quam peculiari sutura per medium dividitur, tam in viro-  
rum quam mulierum capitibus. Huius osis pars superior,  
parietalium extremitati contigua, fonticulus vulgo dici-  
tur, *la fontenelle.*]

Duo intra, vnuquodq; videlicet ad suam aurem: que quod  
petrae speciem referant, λ. θηρεύσι, id est, lapidosa & petro-  
sa: vel à squame piscium similitudine λεπίδος, hoc est,  
squamosa nominant. Vtrinque, ossibus bregmatis per me-  
dosam futuram committuntur. In eo osse, styloides (quia co-  
lumnæ est similiis) processus inest, quem Galenus ab acus  
stilive scriptorij similitudine, belonoide vel graphioide  
appellat. Supra eum processum, auditus meatus contine-  
tur. Sunt & alij duo processus vtrinque, quos verius exor-  
tus dixeris, quorum alter qui posterior est, mamillaris dici-  
tur, alter longior & tenuior ad os iugale pertinet, & in id  
inferitur.

Septimum est ἄσημη κατά τὴν ὑπόστωσην, id est, os palati, quod  
à cunei similitudine φλυαρίς, vulgo *os cunei*, & *bafilare*  
appellant. Hoc à nonnullis inter capitis, ab aliis inter ma-  
xillæ superioris ossa (cum inter utrumque sit medium) nu-  
meratur. De eo etiam inter ossa faciei diximus.

D E M E N I N G I B U S C E R E B R I .

S V B calvaria duas  
membranæ occur-  
runt, cerebrum in  
orbem contegen-  
tes, quas *muīas*  
vocant. (Veteres ta-  
men nō has solum  
membranas, sed o-  
mnes etiam sic vo-  
citatabant.)


*Meninges* *1.*  
Gal. initio li. 9. De  
anat. administ. & 8.  
De vnu part.

Exterior, siue crassa, siue dura, siue cuticularis appellatur, ni-  
hil interest: vulgo *dura mater* dicitur.

Altera cerebro penitus coniuncta, quam si tenuem, mol-  
lem, membraneamque nuncupes, nihil interest: *χερεβάς*  
etiam appallatur, quod *χερεβάς* id est, secundæ fetus simi-  
lis sit: vulgo *pia mater*.

Dura meninx, cerebri tegumentum est, aut potius non simpliciter ipsum tegu-  
mentum nominare oportet, sed magis velut propugnaculum quoddam propulsan-  
dis cranii impressionibus oppositum. Siquidem ipsa cranium succingit, & à cere-  
bro se-  
paratur.

*Crassa meninx*



bro sciuncta est, plurimūmque ab eo distat, excidentibus tantum vasis cohārens: *Dia stole & fistula cerebri.*  
dum verò cerebrum attollitur, & continetur (ipsum enim perpetuò pullat ac mo-  
tuetur, quanquam osse immobili continetur, lib. 13, De vī partium) accedit, & ab  
eo recedit, pro inanis loci, qui intermedium est, ratione. Gal. ibidem.

Hac meninx instar cribri est perforata, duplicaturque ad munendum venas sursum ad summum capitum verticem ascendentes, quas in seipsum medianam recipit. Quamplurimis enim in transitu sanguinis per ipsum factis foraminibus, per ea venae, aliae parvae, aliae magna, sursum deorsumque producentur, non solum vivunt, sed etiam ut corpora omnia propinquia cum dura meninge connexant. Coenentes autem in vertice capitis, quae sanguinem deducunt meningis duplicantes, in locum quandam vacuum quasi lacunam, quem ob id ipsum Herophylus *Alaud.*, hoc est, torcular solet nominare: inde velut ab arce quadam, omnibus subiectis partibus riuos mittunt: quorum numerum nemo facilè dixerit, quod partium nutritiendarum numerus sit infinitus. Arteria ex loco contrario in ipsum cerebrum inseruntur. Nam per basim ad plenum reformatum producentur. Porro dura meninx foraminulenta simul & rara est iuxta ossa ethmoidea (de quibus infra dicetur) tum ut aer respirationis causæ, & vapor dignotionis odorum, ad cerebrum celeriter deducatur: tum ut membrorum copia repente ac scemel, si quando vysus incidat, vacuetur. Lib. 8. & 9. De vysu partium.

Altera meninx in natum est cerebri operimentum. Siquidem ipsum stabilit ac tegit, & præterea vasa omnia quæ in ipso sunt, colligat. Similis enim est secundis & mœstræ. Nam vt ytrunque horum ex multis tum arterias, tum venis fibi ipsius propinquas, præterea membranæ tenui media inter has spatia contextæ, est conflatum, ad eundem modum & meninx hec totius cerebri arterias ac venas continet, ne alterneat ac circumplexantur, néque suo fitu in motibus dimoueatur, cùm sedem seu basim habeant in firmam, vt quæ in corpore humido ad eò molli, & prope modum fluxili vebantur. Quò sit, vt non modò cerebrum complectatur verum etiam in profundum eius sefè insinuet, ipsum in omnes partes perudiens, totumque connexens, ac quoquo versus sefè extendens usque ad internam ventriculorum capacitatem. Lib. 8. De vsi partium.

Caterum ut inter terram & ignem, quod natura multum essent inter se dissimilia, deus (ut inquit Plato) aquam & aërem interposuit: ita natura in medio cerebri & crani, quia substantia multum discrepabant, utraque meninges posuisevit. Nam si tenuem solam efficeret, fieri certò non potuisevit, ut circa noxam cum cranio ipsa confusceret: si vero crassam, cerebrum ipsum angeretur. Ut igitur neque cerebrum, neque eius operimentum quicquam paterentur, prius quidem tenuis membrum, post ipsum autem crassa locata est: quia quanto ossibus mollior, tantò tenui est durior: quantum autem hac tenuis est mollior, tantò tenui cerebrum est mollius. Duobus igitur mediis vía natura (quauis plurimum qualitatibus discrepant) cranium & cerebrum paucō intercallo inter se sine offensione ac tuto junxit. Galibidem.

*Crasse meninges foraminis & duplicatio-  
nis utilitas.*

Torcular.

*Arteria ab infernis partibus sursum in cerebrum feruntur. venae ex vertice in ipsum descendunt.*

*Tennis menin-  
gis yfsus.*

3

-

1

5

• 10

• 10

— 10 —

#### *Vtriusque me*

*— Vt̄t̄m̄q̄me me  
— t̄n̄p̄eis c̄m̄p̄a*

$\frac{1}{\lambda}$  ranges from 0 to infinity.

— 740 —

卷之三

9

• 100

卷之三

2

n

DE CEREBRO

C E R E B R U M , quod Graci à situ ἔκεφαλον appellant (nam nominatur ita, quod c' τὸ κεφαλὴ, hoc est, in capite est situm) animæ ratiocinantis domicilium est, nerorum & sensus omnisi, motuque voluntarii principium.

*Substantia* nera est simillimum, nisi quod mollius. Nam id illi conueniebat  
ut quod sensus quidem omnes recipit, omnes autem imaginationes atque intellectus complecitur. Lib. 9. Metho. & 8. De vix partum.

F i

T A B V L A     III.

*Postea sicut in Cerebro hismodi  
cerebro in Sphaera humana  
sunt in Sphaera humana*

*Cerebri par-*  
*tes 3.*

Quod autem  
neruorum du-  
plicem mate-  
riam esse oportet,  
duplex etiam cerebrū  
exitit.

Lib. 8. De usu  
partium, & 9.  
De anat. ad-  
ministr.

*Cerebri cōstru-*  
*ctio. Lib. 8. De*  
*usu partium.*

*Vasa ex locis  
contrariis in ce-  
rebrū inserta.*  
Lib. 9. De usu  
partium.

Anteri, quod rursus in  $\left\{ \begin{array}{l} \text{dextrū} \\ \text{sinistrū} \end{array} \right\}$  à du-  
finistrū tra me-  
ninge secatur, nomine totius Herophili  
cerebrum appellatur, propter magnitudinem. Est enim multo maius tota pa-  
récephalide, ut quod à futura lambdo-  
de ad frontem usque sit exorrectum:  
mollissim: ipsum esse oportet, ut quod  
principium mollii neruorum ad sensus  
instrumenta pertinet, est futurum.  
Posterioris spinali medulla continuum, q  
alteri adiacet, παρεκκεφαλίδα, & p  
uum sit, εἰσέστων id est, cerebellum ap-  
pellant. Occipitū enim duntaxat occu-  
pat propriis involutū membranis, non  
ex magnis flexibus tenui meninge in-  
terceptis, ut cerebrum: sed ex multis, &  
his admodum paruis corporibus, nō ta-  
men simili illis modo, conflati. Eius fi-  
nis prope spinalis medullę initium situs  
est, ob idq; duri existit, ut quod neruis  
duris in vniuersum corpus diffundēdis,  
principiū erat futurū. Ex hac enim parte  
cerebri posteriore, mollii neru⁹ pror-  
sus nullus producitur: licet ex anterio-  
ri duri quidam producantur, vt qui o-  
culos sunt moturi.

Cerebrum autē an-  
terioris & posterioris du-  
ra meningē dupli-  
ca dirimuntur, & per  
meatum solum, qui  
sub capitī vertice  
est, (de quo paulo  
pōst dicetur) ac cor-  
pora meatum ipsum  
ambientia, coniun-  
guntur.

Iam de totius cerebri constructione dicendum est. Quemnam usum habent  
χαροειδή corpora, ventriculorum multitudo, corpus λαγωνεύς, canarium,  
gloutia, epi physis vermiformis, meatus cerebrum purgantes, choana, plexus reti-  
formis, neruorum apophyses non in sensuum modō instrumenta, sed etiam in  
fauces ac laryngā, in stomachum ac ventriculum, in viscera & intestina omnia, in  
omnes denique faciei partes: in spinalem medullam productiones. De duabus  
meningibus antea dictum est, vbi sumul egimus de vasis, quae ex locis diuersis, aut  
potius omnino contrariis, in ipsum cerebrum inferuntur mirabili opificis prouiden-  
tia. Qui à corde sursum per thoracem ac totum collum, venas atque arterias  
ad caput usque deducuntur, inde has quidem ad plexum retiformem: illas autem, ad  
summum capitū verticem produxit: sedque magna cum carum securitate, ut ibi-  
dem dictum est. De singulis igitur praedictis ordine dicamus, & primū de plexi-  
bus, quos Graci χαροειδῆ vocant.

D E   P L E X I B U S   Q V O S   G R A E C I

*χαροειδῆ vocant.*

*Regio callosa.*

M A G N A cerebri portio scapello auferenda est, donec ad regionem calli na-  
turam quodammodo referentem pertinentem sit: post quam ventriculi anteriores  
utrinque singuli occurunt, per totum cerebrum dispersi. In his apparente ples-  
xus secundarum modo efformati, vnde Graci χαροειδῆ dicuntur, nomine  
videlicet à membranis deducto, quae sōtus extrinsecus in orbem ambiunt, venarū  
existentes

*Plexus χαροεi-  
dēs.*

**existentes convolutiones & arteriarum, quæ tenuibus continentur membranis.** Sic namque & cerebrum ex venis arteriisque implexum est, tenui illigatis membrana, quæ similem, vt ante docui, substantiam obtinet, tum iis ipsis, quæ in secundis habentur, tum membrana costas succingenti, tum peritonæo, atque id genus aliis. Lib. 9. De anat. administr. & 8. De usu partium.

DE VENTRICVLIS CEREBRI

**I**N toto cerebro ventriculi quatuor sunt, Anteriores duo sunt, inter quos septum quoddam exsistit, dextrum ventriculum à sinistro differunt, ciusdem cum cerebro substantia, verum ad eò tenue, ut splendor ipsius pellucat similiiter lapidibus specularibus. Hic ventriculus inspirationem & expirationem, efflationemque ex cerebro efficiunt, ac spiritum animalium nisi pliebus prius conficiunt preparant cerebro. Infernis suis partibus duos canales ad narcs mitunt, inspirationis, olfactus, & superfluviorum cerebri purgandorum gratia, de quibus paulo pôst dicetur.

Duo hi anteriores in vnum locum coeunt, quem siue meatus communem amborum, siue tertium quandam praeter illos a-lum ventriculum exsistens, parum interest. Is meatus spiritu ex anterioribus ventriculis excipiens, parencephalidi transmittit. Hac enim cerebro anteriori per illum meatus coniuncta est, vt antea diximus.

**Lib. 8. De vſu Vermiformis epiphysis.**

partiū, & 9. De  
anat. administ.

Quartus postremus in cerebello est, in quem meatus ille com-  
munis prorumpit, spiritum animalem antē in ventriculis an-  
terioribus elaboratum transfusens. Is autem ventriculus o-  
minus minus est, quia spiritum maximè elaboratum, plur-  
mū tamē continet: quoniam nervi omnes qui in totum sub-  
capite corpus diffunduntur, aut ex posteriore cerebro, aut spi-  
nali medulla oriuntur. Ut autem duo priores ventriculi ima-  
ginationi, medius cogitationi, ita hic postremus memorie di-  
cens est.

DE CORPORE FORNICI SIMILI

quod *LacMaddies* vocant

**P A R S** cerebri quæ supra communem ventriculum est, velut domus tectum quoddam in sphæra superficiem concavam circumacta, non abs re videbitur appellata *neoplatonici* & *Alexandri*, quod eius generis ædificia qui architectura sunt peritiores, appellare soleant *neoplatonici* seu *Alexandri*, id est, cameras, fornices seu testudines. Huius autem corporis *Alexandri* nullus alias vires est, quam *Alexandri* apud id est, fornici in ædificiis. Quemadmodum enim *Alexandri* ad incibentia onera sustinenda, sunt quavis alia figura aptiores: ita & hoc corpus partem cerebri omnem incumbentem fine dolore ac circa molestiam sustinet. Vndeque enim si bipli simillimum est, quod rotundum est atque orbiculare: ob sedque omnium figurarum ad patiendum est difficillimum, omniisque etiam est capacissimum, earum que aqualem habent perimetrum. Lib. 8. De vita parvum.

Fiji

T A B V L A     I I I .  
D E   C O N A R I O .

*Conariifigura.*

*Substantia.*

A D principium huius meatus, qui à medio ventriculo ad posteriorem spiritu animalent tranmittit, corpus quoddam incumbit ab anatomis *carneosu* appellatum, q̄ figurā κόρη, id est, nuci pineæ perquam simile sit, substantia glandulosum: quod etiam in eum vñum, in quem reliqua glandulae vasorum diuisiones firmantes, factum est. Opplet enim diuisione magnæ vñæ, à qua omnes ferè qui in anterioribus sunt ventriculis, plexus *χαροπολεῖς* conflantur. Lib. 8. De vñ part.

D E   G L O T T I S .

*Glotis secunda*

*tes gemelli*

E X vtraque ipsius meatus parte, dextra & sinistra, tenues sunt ac prælongæ cerebri eminētæ, conariæ excipiētæ, quas γλώττας id est, parvas nates adpellant, quarum concursum hominum coniunctis inter se femoribus rectissimè cōparaueris. Sunt autem qui *Διδύμας*, hoc est, testiculis eas a similantes, malunt vocare *Διδύμα*, quām γλώττα. N onnulli vero, corpora conario propinqua vocant *Διδύμα*: quæ vero his sunt proxima, γλωττα. Inter has nates meatus ille cōsistit, qui ex medio vñtriculo in posteriorem pertinet. Gal. in fine 8. De vñ part. & 9. De anato. administ.

D E   E P I P H Y S I   V E R M I F O R M I .

*Vermiformis*

*epiphysis figura*

*substantia*

*Ligamenta.*

Q VAE D A M cerebri epiphysis predicto meatu superiacet, secundū ipsum totum extensa, totumque contingens, quam à sola figura, σκαλικεσθη, id est, vermisformem appellant, quod σκαλικη, id est, vermi in lignis nascenti sit adsimilis. Hæc neque crassior, neque tenuior quām oporteat, multipliciter articulata est, & ex quām plurimis particulis per membranas tenues cōnexis compofita, utilitatem tandem cum pyloro ventriculi habens. Nam vt hic prohibet ex ventriculo cibū, prius quām is coctus sit, in tenui intestinum transsumit: ad eundem modū illa epiphysis, spiritus animalis transiuit ad ventriculum posteriorem præst ac dominatur, custos & velut cōconomus, quātum spiritus mitti oporteat. Ipsum enim meatum claudit & aperit, prout vñus postulat. Gal. ibidem.

At quoniam ex multis articulis ac flexibus, quibus componitur, motus faciles ac multos erat habitura, periculūmque erat ipsum conuexis glutiorum dorsis inuenientem, ex ipsis precipitatum iri ac deuolutum, ipsumq; meatum defitucere, non raligamenta quædam ipsi cum glottiis est machinata, qua anatoma rū perit tendones appellant, à quibus vtrig; constricta ac cōcerta continetur, ne vagari possit. Gal. ibidem

D E   M E A T I B U S   C E R E B R U M  
P V R G A N T I B U S .

*Excrementa*  
cerebri duplicita sunt.

Gal. initio lib. 9. De  
vñ part.


Alia vaporosa ac fumosa seu fulginoſa, leuia, que per suu-

ras in loco æditissimo fitas vacuari diximus.

Alia velut aquoſa ac limosa, pituita, crassa, grauia, que ob id per meatus declives vacuari oportuit, de quibus

nunc ascendunt.

Duo canales ex anterioribus ventricibus ad mares perueniunt, primū tamen & potissimum facti gratiæ inspirationis in cerebrū secundū, olfactus: tertiū & exabūdanti, superfluo cerebri purgandorum. Quibus superfluis nisi yia quædam se- &ta fuisset, animal ipsum apoplexiis frequenter prehederetur. His meatus, qui instrumentū olfactus efficiunt, crassa meninx operimentum præber foraminulentū & rarum, vt ante diximus. Et ob talen huius operimenti constructionem, natura offa va-



osso varie pertusâ velut spongiâ ipsi preposuit: simul ne aliud corpus durum quodam extrinsecus incidat, simul ne viribus integris, aer frigidus inspirantibus nobis rectâ in cerebri ventriculos sefe insinuet, & ne superflua, quae per ipsa ossa transfo-  
lantur, statim excidant. Hec ossa narium foraminula & cæuernosa, à cribri sumi-  
litudine vocantur *hæmorrhœa*, vel potius à spongia similitudine *corrosio*. Nâ va-  
ria habent foramina, quo modo & spongia, neque ea habent rectâ, vt cribra. Vul-  
go *colostola* appellantur, quod superflua transcolent. Lib 8. De vfu partium.

Alij duo meatus ad palatum descendunt, quorum alter ex fundo medi cere-  
bri ventriculi profectus, fertur deorsum: reliquus emergit à meatu, qui cerebrum  
parencephalidi conneicit: fertur autem obliquus deorum, versus alterum cere-  
brum. Quum vero in idem simul conuenient, locus quidam communis, vtrorsq;  
excipit, causas ac declivis, cuius labrum supernum absolutus est circulus: inde au-  
tem semper magis ac magis arctatus descendens in subiectum & immittitur fi-  
cili sphæra adfimilem, manifestâque cavitatem habet. Excipit autem hunc  
os *hæmorrhœa*, hoc est, cribro simile, in palatum defensis, de quo prius dictum. Hec igitur  
est crassorum superfluorum via. Lib. 9. De vfu partium.

Vtilitas autem cuiusque instrumentorum, quæ viae ipsi insunt, perspicua est.  
Cavitas illa communis, quæ meatus hos excipit, quam nonnulli *πήλεα* id est, pel-  
tum, alij ab vtilitate *ρράχη*, id est infundibulum nominant, supernis quidem parti-  
bus quasi lacuna cuiusdam habet vtilitatem, vnde & vulgo *lacuna* dicitur: infer-  
nis autem (vt & nomen ipsum indicat) infundibula imitantur: parte autem inferna,  
meatum habet sensibilem, vsque ad adenis ventriculum. Quoniam autem hanc  
choanam cerebro ipsi superne coniungi oportebat, in ferne autem in adenem de-  
scendendo inferi, conuenienter membranosa extitit. Ad hæc cum cerebrum ipsum  
tenuis meninx continet, non erat consentaneum, ligamentum aliud choanæ cum  
cerebro requirere. Conuenienter igitur portio quedam ab hac meninge proten-  
ta, corpus pelvis huius constituit. Gal. ibidem.

Porrò quòd ad vsum adenis choanam excipientis attinet, fatis liquet, q; excre-  
menta transcolat, & ne statim ex choana excidant per palati foramina, inhibet. Ip-  
se autem extra meningem est, super os palati, tantumque intertullum inter os pa-  
lati & crassam meningem est, quanta est adenis profunditas. Gal. ibidem.

## DE PLEXUS RETIFORMI MIRABILI.

A basim cerebri prope adenem hunc (q; locus hic omnium, quæ in toto in-  
sunt corpore, est ututissimus) collocatum est, quod anatomici nuncupat *Δικτυον*  
*αλεπίσσων*, id est, plexum retiformem, vulgo *rete mirabile*, omnium quæ illic sunt  
admirabile, coplectæ quidem in orbem ipsum adenam, pertingens autem retrò longi-  
gissime. Cui crassa meninga portionem quandam à scipia productâ substruit, ne  
subiectis osibus cōprimeretur. Est autem non simplex rete, sed eiusmodi, vt si vul-  
garia haec pescatorum retia, plura alia aliis cumulata superficies. Inefc tamen natu-  
rali huic reti id eximium, q; alterius replicationes alterius replicationibus sint con-  
nexe, quodq; ex ipsis reticulis nihil omnino capere queas. Nec certè ex quibus  
materia conflatum est, sed natura maximam portionem arteriarum carotidum, qua  
à corde sursum ad caput feruntur, materiam plexum huic mirabili subiecit. Nâ exi-  
guæ quadam ab ipsis propagines in collum ac faciem parteq; capitis externas di-  
grediuntur. Reliqui autem omne, vt à principio fuit, recti per thoracem ac col-  
lum sublimè ad caput fertur. Quæ arteriae cranion prætergressæ, medio inter hoc  
& crassam meningæ loco, primum quidē dividuntur in cerebros, eisq; exiguae ad  
modum ac tenues arterias autem pars ipsarum in capite anteriora, aliae in po-  
steriora, aliae ad leuæ, aliae ad dextram fertur inter se se mutuo complexæ. Postea  
conveniuntur.

F. iiiij

*Ostium hæmorrhœa-**diæ vfu.**Duo meatus ad**palatum.**Choana.**Glandula.**Choene etymo**vfu.**Glandula vfu.**& situs.**Plexus retiformis*

T A B V L A . I I I .

ex multis illis arteriis velut radicibus in truncum coalescentibus, coniugatio alia arteriarum enascitur, ei, quæ initio à corde sursum ferebatur, exquabilis: eoque modo iam per crassæ meningis foramina subit ad cerebrum. Lib. 9. De vñ part.

Vñs.

Quemadmodum igitur femini circuolutionem anfractumque ante testiculos præparauit natura: lacti longitudinem vasorum ad mammae tendentium, ut ea diutiū in concoctionis morata instrumentis exactius elaborentur: ita ex vitali spiritu animalem, efficiens, varium plexum retiformem, veluti labyrinthum quandam prope cerebrum fabricata est, in quo elaboratur spiritus, deinde ventriculus anterioribus transmittitur, ubi adhuc conficitur, inde per meatum communem, posteriori, vbi perfectissimam acquirit elaborationem. Gal. ibidem, & lib. 7. De plac. Hippo.

D E N E R V O R U M P R O D V C T I O N I B U S .

N E R V I ex cerebro, aut spinali medulla oriuntur. Nuncupatur autem ab ipsius operationibus unum instrumentum duobus nominibus, *vñs*, id est, nervus, *substantia*, & *neruorum*, & *trivag.*, eò quod *vñs*, id est, mutare seu flectere: & *trivag.*, id est, tendere, natum est. Substantia vero corporis eorum ea est, ac si intelligas stipatum & densum, ideoque duri usculum factum cerebrum. Gal. initio lib. 1. De motu musc.

Primus fuit, ut sensoriis instrumentis sensum impertiret. Cuius causa, lingua, oculis, auribus maximi sunt nervi tributi, & præterea partibus manuum internis, atque adeo ipsius ventriculi orificio. Sunt enim quoddammodo etiam hæc sensoria. Si quidem per manus, si per aliud quidquam (quoniam sexcentæ sint sensu predite particulae) ex tactu dignatio est certissima. Orificium autem ventriculi, sensum habet alimenti, ipsi animanti deficientis, quæ famem nuncupatur. In omnibus iis, vtpote sensilibus particulis, reperire est nervos maximos.

Alter, ut motoriis motum impertiret, ut musculis motus voluntarij instrumentis: qui quatenus ad membra corporis mouenda extiterunt, maximos nervos recipiunt.

Tertius, omnibus aliis, vt qua sibi dolorem adferrent, dignoscerent. Et huius vñs gratia, natura nervos, non eadem mensura omnibus partibus distribuit, sed aliis liberalius, aliis vero parcus. Quemadmodum nutritoriis instrumentis, quin nullum horum neque sensoriis, neque motu esset instrumentum, paruos eis omnibus nervos, exempli vñs tertii gratia, dari oportuit, vt scilicet qua molestiam sibi exhiberent, sensu dignoscerent.

At quum in omnes corporis partes nervi ferantur, nullus tamen neque in ossa, (dentibus exceptis) neque in cartilaginiæ, neque in ligamenta, neque in adipem, nec denique in glandulas, quæ sunt velut stabilitum diuisionis vasorum, inseritur. Haec enim omnes particulae neque sensu, neque motu indiquerunt. Quæ vero glandulae ad succos animanti utiles generandos fuerunt comparatae, quemadmodum venas & arterias perspicuas nonnunquam, ac magnas, ita & nervos haberunt communiatione partium omnium huiusmodi. Ad motum namque voluntarium, naturæ musculos construxit. Proinde quoniam nervi omnes utraque habent facultates (sensem dico ac motum) nulla tamen pars alia qua nervos recipit, motu voluntario est predita, sed sentit duntaxat, quemadmodum cutis, membranæ, tunicae, arteria, vena, intestina, ventriculus, ac viscera omnia, & glandularum species altera. Gal. initio lib. 16. De vñ partium.

A cerebro

Partes que nervis carent.

Que sensu & motu predite sunt.  
Que solè sentiuntur.

*Acutus gradus* *magis definitus* *et* *longior*  
*per* *multum* *tempore* *conducens* *ad* *intervallum* *in* *se*  
*Nervorum* *cortex*,  
*duplicis* *nominis*  
*metonymia*, *&* *trivag.*,  
*substantia*.  
*Tres scopi*  
*natura*, *in*  
*nervorum*  
*distribu-*  
*tione* *sue-*  
*runt.*  
Lib. 5. De  
vñ part.

Primi duo, vbi vterq; vetricul<sup>s</sup> anterior desinit ad latera, illinc exorti, humorem vitreum instar retis in orbē ambiunt, & in crystallinū inferuntur, oculis videndi facultatem transferentes, vnde Græcē ἡπλε<sup>ς</sup> id dicuntur, id est, visorij. Qui soli, sensibiles poros, id est, meatus habent (vnde eos etiam plenique poros appellantur) q̄ foli spiritu animalem continent quam plurimum. Ob id caui & crassi extiterunt, simul & maximi & mollissimi, quum alij quoque sensus, magnos & molles neruos habeant. Horum figura  $\chi$  Græca litera est humiliata, vt eos forte quis putauerit sese mutuo descendere: at non ita est. Ipsi enim intra cranion inuicē in unum coēunt, vt meatus suos coniungant: & rufus antequam oculos ingrediantur, separantur: idq; duabus utilitatibus. Prima, ne quod extrā intuemur, duplex appareat: secunda, & clauso altero oculo, totus spiritus per communem neruum ad alterum feratur. Et eo modo visoria facultate duplicata, visus acutior redditur.

Secunda coniugatio est eorum, qui in oculorum musculos, eti prorsus minimos, magni tamen & duri inferuntur, licet moliores quam motoris conueniat. Sed molliorū magnitudine penfatur.

Tertia vbi pars cerebri anterior cum posteriore cōnēctitur: orta, progradientur per crassam meningē: deinde in duo scinditur: postrem variè distribuitur. Primum mollii in transversam partem linguae, in omnēque oris partes, sensus gustatorij, gratiā, producitur. Similē atq; inferunt amplificata, tunicā linguae externā contextit (qua ipsa lingua sapores erat contactura) subiectos musculos ne attingens quidem. Porro gingivæ, dentes omnes, tunica natum interna, labia, faciei cutis vniuersa, ipsiūq; musculi omnes, atq; alii promodū omnes ipsius partes, neruorum propagines recipiunt ab hac tercia coniugatione, perforatis in ipsius gratiam ossibus, & in quancunq; partem singulare propagines iter intenderint, transitū præbentibus. In quo transitu nervi duriores adē redduntur, vt quanquam sint exigui, musculos moueant.

Quarta paulo posterius his est locata, magis quam priores ab ipsa basi emergens: exigua admodū, & paulo durior tertia. Propagines autem eius omnes sibi ipsi sunt propinquæ: commiscetur quidem statim nervis tertiae coniugationis, post autem fertur longissime: deinde seūngit, totisque palati tunice infigitur.

Quinta nondum dura, in ipso per ossa transitu in duas partes diuiditur: quarum Altera in meatum auditorium distribuitur. Reliqua in cæcum foramen, sic dictū, nō quod cæcum sit, sed ob flexuosa meatus obliquitatem.

Sexta ultra has à basi cerebri producitur, nondum etiam dura; omnibus tamē prædictis tādū durior, quāto iā spinali medulla propinquior. Hi nervi in omnia ferē intellexi ac viscera solius sensus gratiā distribuuntur, qui nervos etiam recurrētes, de quibus antea, producunt. Septima illinc proficiuntur, vbi & cerebrum desinit, & spinalis medullæ est initium. Progredi autem quadam tenus vñā cum nervis sextæ coniugationis, post ab ipsius seūngita, parte quadrā sui, eadēq; minima, rectos laryngis musculos contextit, maiori verò in totam linguan, seu totos lingue musculos inferuntur, motus gratiā.

Prima coniuga. Hoc est illa figura, quæ sensus opticus est neruorum. Et ista propter hoc, q̄ ob rem in opticorum, qui in oculis contexti, in oculis sentient sensum. Visus oculis. Nervorum optis corum figura, ipsorumq; in unum coēn- tū utilitas du- plex.

Secunda dat motum oculis.

Tertia que dat lingue sensum gustus, in omnes propemodi facieci patres distribui- tur.

Quarta totipat lati tunice in- scribitur.

Quinta ad au- res, dat sensum auditus.

Sexta dat sensum intestinis & omnibus vi- sceribus, nera- nosq; recurrentes produc- tur.

Septima dat motum lingue, & rectis laryn- gis muscularis.

A cerebro septē neruorū coniugationibus producuntur, præter duas maximas cerebri producūtōes ad nares odoratus gratiā, q̄ coniugationibus neruorū nō annumerantur, generorum producūtōes non habent, quo modo reliquæ, neque extra cranion excedant. Lib. 8. 9. 10. & 16. De visu par. &c De diffe. ner.

T A B V L A   I I I

Hæc sunt, quæ in cerebro, mira naturæ prouidentiæ occulti sunt. Nunc de articulatione & motibus capitis dicendum est.

D E   A R T I C U L A T I O N E   E T   M O T I B U S   C A P I T I S.

Capitis articulus, (authore Gal. lib. 12. De vñ part.) tutissimum omnium merito habet constructionem, vt quod in seipso nervorum omnium partes inferiores mouentur radicem continet. Tanti enim animalibus est momentum, vt omnium solus, non dico luxationem, fed ne flexionem quidem, vel temporis momento ferre queat. Repente enim respiratione ac voce, motuq; omni ac sensu totum animal priuat, ipsa nimium nervorum radice affecta. Merito igitur articulus iste, duplex simul ac robustus factus est. Cui accedit & securitas à ligamentorum trahit, musculorum multitudine, & osium exacta compositione.

Vnum maximum ac latum, totam articulationem orbem complexitur.

Alia duo sunt secundæ, cum capitis osse connectūt: Alterum, finem productionis prelongæ vertebre secundæ, cum capitis osse connectūt;

Alterum transuersum, velut angulum rectum efficiens, à partibus primi spondyli dextris ad levam pertingit.

Octo autem musculi ex ipsis duxatax partibus posterioribus articulationi incumbunt, ipsam tegentes simul ac mouentes. Osium vero ipsorum figura, ac compositione exacta, etiam si quis eam solùm intueatur, admirabilis videtur.

Quum itaque duplē articulationem esse oportet, natura etiam duplē primi spondyli cautatem rectè effectit, quæ capitis conuexitates contineret: secundæ autem vtrinque vnum processum (dentem nominat Hippocrates) accluem, ac prælongum, qui ligamento robustissimo capiti est connexus. Huius enim articulationis beneficio caput sursum attollitur ac deorsum deprimitur: ad latera vero, per articulationem cum primo spondylo, circumagit.

Articulus capi tis duplex, cū primo & secū do spondylo.	Fortissima enim tria ligamēta, olla inter fīla inter ctūt: quo rum	Extēsio, dū ipsum at- tollimus. Flexio, dum deprimim⁹.	quem ef- ficit arti- culatio ei pitis cū se cūdo spō dylo.	Quocir- ca & mu sculorū caput mo uentium differen- tiæ sunt 4.	Alij ipsum attol- lunt. Alij deprimit. Alij ad dextrā. Alij ad circū- gunt. Alij ad laeuam,
--	--	--	---	---	--

Obliquus, dum ad latera circumagit. Quæ efficit articulatio capitis cum primo spondylo.

Propriis autem motibus caput mouetur, collo quiescente, sed breuisimis ac geminis, prout gemini articuli sunt. Capitis vero motus, qui pariter cū colli motibus efficiuntur, explicatores sunt.

D E   M V-

## DE MUSCULIS CAPUT SOLVM MOVENTIBVS, ET

## TIS QVI COLLVM SIMVL ET CAPVT MOVENT.

Musculi qui capit mouentes numero sunt 26, vel 28 autem plures in chori ciuitatibus in orbem ipsum circa 30.

Musculi qui capit mouentes, quorum aliis etiam habet actionem. Gal. lib. 2. De visu part.

Quatuor deci paribus posterioribus, ex diametro si- bi ipsiis op politi, retrò attolentes.

Octo paribus anterioribus, flectentes.

Quorum

Quatuor alij robusti & magni, vtraque parte duo, oppositi & ipsi inter se.

Octo parui retri, circu articulū ipsum locati, ad pri

mū & secundū spōdylū, caput solum retrò attollūt, vt qui

soli exactè articulationem

capitis com-

plectuntur.

Quorum

Reliquo-

rū qua-

tutor, quo

rum sit

vtrinque

p̄dictas

duas mu-

sculorū

cōaugata-

tiones cō-

iungent-

tū trian-

gulū ef-

ficit,

Tres musculorū magnorū cōiugationes (qua etiā quatuor dici possunt, & duj, propter muscularū cōplexum) predi- cīs incubunt in totū collo extensē, eundēq; cū muscularis dorsalibus habent motū. Mouent autē per primas quidem fibras (qua in primū ac secundū spōdylū inseruntur) solum caput: per reliquas vero, primū quidem reliquas quinque colli spōndylos, simul autem cum eis capitis motū retrofūlū adiuuant, quorum qui sunt obliqui, motus obliquos sensim efficiunt.

Duo cesophago fibiacētes, per primas fibras (qua in primū ac secundū spōdylū sunt infixæ) caput ipsum solum fle- cūnt, ac simul obliqui fibris ad obliqua etiā deducūt, per

quas muscularorū etiā parvorum propriam habent circun- scriptiōnē: per reliquas vero collum flectētes, simul cum eo totū caput cogunt mutare.

Sex reliqui non rectū, quo modo hi capitis nutū, sed sensim obliquū efficiunt, cum quo etiam caput in anteriora cōver-

tunt. Post aures enim exorti, sub ipsis ad pectus & clavem

ibi ipsis continuū pertingūt, vt si quis ipsum (quum unus

fit) triplicem esse dixerit, non errat.

Duo ex Primū quidē, & maximē collia ad latera dextris.

paria declinatione trahunt, cū illo autē &

totū caput: anterior ipsorū conjugatio an-

trorsum paulū inclinās, ex perforata secuti

spōdylī apophysi productionē habet: po-

sterior retrofūlū inclinās, ex primi spon-

dylī eminentia obliqua nascitur.

Musculi caput  
mouentes 28.  
vel 26.

Posteriorēs 14.  
retrò attolent-  
tes, quorum  
octo omnium  
minimi, caput  
solum retrò at-  
tollant.

Sex alii maios  
rcs, caput &  
collum retrò at-  
tollunt.

Anteriorēs 8.  
flectentes, quo-  
rum duo caput  
solum flectunt.

Sex alii collum  
& caput fle-  
cant.

Laterales 4. v.  
trīng, duo, col-  
lum & totum  
caput ad latera  
mouentes.

T A B V L A . . I I I

Hi sunt musculi capitis, colli, & ceruicis, quos etiam describit Gal. lib. 4. De a-  
nat. administ. Quemadmodum autem posteriores musculi rectam unctionem effi-  
cunt, quum communetim ac bini agunt: obliquam vero, quando alter eorum solus  
agit: imiliter & anteriores flexionem rectam & obliquam etiam efficiunt. Pari mo-  
do & muscularum quatuor, qui collum mouent ad latera, si unus solus egerit, ad  
illum inclinatur. Tota vero anterior conjugatio exiguum quiddam flectit antor-  
sum, nusquam præterea inclinans ad latera. Quemadmodum & quum posterior  
agit, paulum quidem attollit, verum in neutrā partē inclinatur. Omnibus  
vero quatuor simili agentibus, in nullam omnino partē propensum collū per-  
flat, vt in affectu quem tetanum vocant.

De omoplatis, & earundem musculis dicetur tabula quartā. Ad musculos spi-  
nales, & spine partes veniendum est.

D E M V S C V L V S D O R S A L I B V S,  
E T L V M B O R V M.

*Musculi dorsa-  
les.*

M V S C V L V S (inquit Gal. lib. 5. Administ.) soli scapularum basi connexus est, & mediis costarum, quā maximè curuantur, iniectus: cuius functionē est thoracem vniuersum reuelere, prater inferiora extrema, quae à septo transuerso mouentur. Summa vero ipsum functionis, in illis potissimum costis est conspicua, in qua inservit. Dum enim se inservit, velut in quoddam digitos discretus est, quos ipsi costis non contiguos habet, neque solidum inibi extrellum obtinet, quemadmodū complures musculi. Cæterum usque ad spuras costas pertendit, omnes ipsi superpositis sursum versus attrahens.

*peritoneū lum-  
bis adhærescēs.*

Detectis (inquit ibidem Gal.) magna ex parte quae infra septum habentur, nihil mali fuerit, membranum lumborum carnibus subditam detrahere. Est autem haec, peritonæum lumbis adhærescens, quo auulso, carnes ipsorum aperte conspicies, quas ἄρχες Græci vocant, singulos utrinque musculos exactos per spinæ longitudinem sibi mutuò connexos, à sua origine toti lumborum longitudini expanſos. Cumque iam propter os lacrum peruererunt, dirimuntur inuicem, internis ilium adhærescentes.

*Musculi dorſa-  
les.*

Dorsales musculi, quos ἔαχιται Græci vocant, à secunda ceruicis vertebra (vt colligit Oribasius) incipiunt: verum aut numero tot sunt vicissim bipartiti, quot & ipse ab secunda vertebrae, aut ab utroq. spine latere unus grandissimus ex multis partibus compositus.

*Musculi lumi-  
borum.*

In superiori parte omni, ad quartam usque, interdum & quintā pectoris vertebram, duo musculi gula subiecti, spinam inflectunt.

In inferioribus vero, tota internali lúborū sedes duos maximums musculos habet, quos psoas nominant. Supra septum autem oriuntur, ab undecima, vt quidam aiunt, vt alii, ab decima interdum pectoris vertebra: eam spinæ partem, quae secundum ipsos est, incuruantes.

Medium inter hos musculos spatium, quod pectoris mediu[m] est, nullum proprium musculum posider, sed à partibus utrinque finitimi simili mo- uetur.

D E S P T

1. Collum,  $\gamma\chi\lambda\theta$  Græcis, capiti adnectitur, in quo spondyli sunt septem omnium minimi. Primus latissimus tenuissimusq; est, secundus angustior validiorq; ac reliqui deinceps eodem modo se habent. Primus duplitem habet cavitatem, que capitis cōvexitates seu processus contineat. Et huius articulationis beneficio caput ad latera circumagit. Secundus utrinque unum habet processum acciuem, ac prælongum, qui ligamento robustissimo capiti est connexus, cuius articulationis beneficio caput attollitur ac deprimitur. Appellant autem medici ioniores procellum hunc, quod turbinatum sit figura,  $\pi\nu\theta\nu\circ\lambda\theta$ , veteres autem, atque adeo Hippocrates ipse dentem nominauit.
2. Metaphysos, siue  $\varphi\chi\alpha$ , id est, dorsum de sequitur, cui par incisus & thoraci longitudo. In eo enim spondyli sunt 12. costas 12. excipientes.
3. Lumbus, qui Græcis  $\lambda\alpha$ ,  $\delta\sigma\phi\beta\delta$  &  $\xi\delta\beta$  dicitur, metaphrenio subest, in quo spondyli sunt quinque magni.
4. Os quod à quibusdam  $\lambda\epsilon\beta\mu\pi$ , id est, magnum, sacrum, ab aliis  $\pi\lambda\zeta\tau\lambda$ , id est, latus nuncupatur, his subiaceat, pars ultima spinæ & velut fundatum quoddam spodylis omnibus subiectum. Inbusante particulis, tanquam propriis quibusdam vertebrae construitur est. Harumque in extremitate os aliud quartum additur, quod  $\lambda\kappa\kappa\mu\beta$ , vulgo cauda nominantur: sedq; tribus peculiaribus particulis constat, quæ plus cartilaginis quam os latum habent, & potissimum in extremo.

De ossibus, quæ cum osso sacro committuntur, & musculis articulū ischij moventibus, dicetur tabula quarta.

## DE SPINALI MEDULLA.

A CEREBRO simili arteria magna à corde, & vena cause ab hepate, trunci producitur per totā spinam extensus, quem  $\iota\omega\tau\alpha\kappa\mu\lambda\theta\mu$ , id est, spinalis emittit, vulgo *nucha* appellat, quæ duriorum nervorum est principium. ob eisq; causam & ipsa cerebro multò est durior. Siquidē corpus eius simile est cerebro corpori, & ob id duro factornā & ipsius cerebri posterior pars, quæ spinalis medulla continuatur, durior est anteriori: quo loco & spinalis medulla q; alii suis partibus est mollior, paulatimq; quod magis deorsum progrederit, eò durior efficitur: & quicunque nervorum molliores sunt, hi nihil à medulla spinæ differre tibi videbūtur. Huic etiā, vt cerebro, duas meninges dñe sunt, sed inter se coniunctae, neq; distantes, vt in cerebro, q; ipsa nō pulsat ac moueat, veluti cerebri, tametsi à spondylis mobilibus cōtineatur: & preterea hisce duabus meningibus spinalis medulla terita tunica neruosa ac fortis est circundata, ne ipsa in vario motu spinæ frigeretur.

*Spinae partes*  
4. *C. spondyli*  
24.  
1. *Colli spondyli*  
Cōstat itaq; li 7.

*spinae processus*  
λοις, id est,  
vertebris 24.  
prater os sacrum, cuius of  
fainter vertebras non an  
numeratur.  
Quæ si plures paucio- *Pyrenœas*  
rēsive sint, p- *processus, dens*  
ten naturam *Hipp.*  
sunt. Postle- *2. Metapbrei*  
riorē autem *spondyli 12.*  
processum, quem  $\alpha\kappa\alpha\mu$  *Acantha.*  
dapis id est, spi- *3. Lumborum*  
nam vocant, *spondyli 5.*  
omnes ha-  
bētvertebrae, *4. Os sacrum.*  
primā exce-  
pta, que dun  
taxat in par-  
te anteriore  
exiguā quē-  
dam emitit  
processum.

*Spinalis medullæ*  
*Leptico*  
*Soliditas*  
*Meninges dñe*  
*tertia tunica*  
*caethos*

T A B V L A . I I I .

*L*iquida pars humoris viscosus huic tunice est circumfusus, quo modo & tunicae spondylis colligati, & articulis omnibus, & lingue, & laryngi, & meatui virinario, & oculis pinguedo: & ut summatim dicam, omnibus his, quae moueri assidue oportebat. Metuendum enim erat, ne exicata ipsa dolerent, ac tandem actiones ipsorum labefactarentur. Lib. 9. 12. 13. & 16. De vsu part. & initio lib. 1. De motu musc. Hec spinalis medulla velut fluitus quidam, ex cerebro tanquam fonte manans, ibi omnibus quae preterit, neruum semper immittit, tanquam sensus ac motus ri-  
tuum. Nervos sexaginta, per singulorum spondylorum foramina, singulos mit-  
tunt, qui motibus partum omnium, que sunt sub capite, primum & maximè pre-  
sunt, dein sensu tactus omnibus communis. Ab hac enim nervos recipiunt pedes ac  
sum: manus, totique artus, & aliae partes omnes quae sunt sub facie, preterquam  
intestina, viscera, & vocis instrumenta, que à cerebro nervos accipere diximus. De  
nervorum autem in manus & crura productione, dicetur tabula sequenti. Lib. 12.  
13. & 16. De vsu part. & in fine 7. De placitis Hipp. & Plat.

Vene.  
Arteria.

Sed quoniam coniugatio nervorum una ex singulis spondylis erascebatur, plau-  
num est quod ipsorum numerus, venarum atque arteriarum numero aequalis erat fu-  
turus. Quae igitur de nervorum exortu traduntur, ea de arteriis quoque ac venis di-  
cta esse putandum est. Rursumque natura hinc admiranda est, quod locum exortus, va-  
lvis ipsis, tum spondylis tutissimum elegerit. Nam foramine uno ad trium instru-  
mentorum transitus est vasa, nervum quidem intus foras, foris autem intrat, arteriam  
ac venam ex valvis propinquis deducens. Verum partis quidem spondylis duo fo-  
ramina satis esse possunt, per quae vasa praedita ferantur. Magnus autem non haec  
modus, verum etiam tenuia quaedam foramina parte anteriore singulis insunt, per  
quae vasa nutritiva in ipsos inseruntur. Lib. 13. De vsu part.

D E O C V L I .

*O*cculi, Græcis ὄφθαλμοι, gemini sunt, ut cetera tenuis instrumenta, substantia  
molles, in capite siti, loco edito, & parte corporis anteriore, in qua etiam mouemur,  
securitas. Ipsos natura ad securitatem varie inveniunt palpebris ac ciliis, & circufusis oculis, atque  
Cilia. etiam cure. Cilia quidem, que βλέφαροι Græci vocat, quasi vallum quoddam corpori-  
bus exiguis, suis pilis, propulsandis, ne facile apertis oculis incidenter, primo loco  
constituit: palpebras vero ipsas, quæ Græci βλέφαρα dicuntur, ut limul coreret ac com-  
plicaretur, oculumque clauderet, si quid forte corpori maiorum in eum incurrat. Por-  
ro aduersus maiorum adhuc mollium incursum, superne quidem της ὄφεως, id est, super-  
cilia constituit, inferne autem, μῆλος, id est, poma ad maiorem autem angulum, nasi ad  
minorum, oculis iugalis productionem. A quibus omnibus maiorum corporum occurrit  
prius excipi entibus, oculus ipse in medio locatus, nihil leditur, cutis motu ad pati-  
di difficultatem non mediocriter ipsi etiam conferente. Undique enim haec contractio, o-  
culi intrat complicit, in angustissimum ipsum compellens. Lib. 10. De vsu part.

Musculi oculi 7.

Musculi ocu-  
li mouentes  
sunt 7.  
Gal. ibidem:

Vnus supernus, ipsos sursum attollit versus supercilia. Alter in infernum deorsum versus poma trahit. Alter in magno cantho, intrat versus nasum abducit. Alter in parvo, versus eudem abducit. Duo ex lateribus. Alter in positione obliqui, singuli in singulis palpebris versus minorem angulum supra ac infra extensi, oculum quoquouerius prompte circumvirent ac circummagunt. Alius magnus circa eorum radicem, costringit ac munit nervum opticum: oculum vero sursum attollit & elevat, ac non nihil etiam simul conuertit.

Oculorum

Prima, επιφυλη, id est, adnata appellatur, eō q̄ alii que oculū ipsum constituant, tunicis extrinsecus adnascatur, totūque oculum cū ofib⁹ circucentibus colliget, simul & mouētes ipsum musculos operat. Ob id vulgo *contumeliam* vocant. Ex pericranio dicit originem.

Tunicæ adnæ  
te vſus, ortus.

Secunda, κρανιο, hoc est, cornua dicuntur, q̄ cornibus admodum extenuatis ac minutum cōcisis sit persimilis. A crassa cerebri meninge p̄ducitur, eademq; primū tenuior simul ac dñsor: post autem paulatim p̄cedes parte eius maxime media ē regione pupillæ, longe tenuissima ac dextissima efficitur, plenida, alba, dura, eportunissimum crystallini humoris propugnaculum, & vt splendores promptè transmittat.

Cornæ figu-  
ra, ortus, sub-  
stantia, vſus.

Tertia, φρεδ, id est, vnea vocatur, quōd εγγι, id est, acino vne p̄gre colore & forma similis sit. Multis partibus tum nigra, tum fusca, tum carulea efficitur, ab iride vna cū cornua procedens, quo tres vtilitas prestant: cornem fibi vicinam situ ipso aleret, eandemque ne humori crystallino incidet, prohiberet, visu denique affecto medicamentorum effet spectaculum. Dicit hæc originem ex tenui meninge, vnde & Χαροπες appellatur. Instar enim Χαροπε, id est, secunda fecit quā plurima inter se vafa velut colligat, nutritionis & connexionis grātia. Porro tunica hæc ad κάρη, id est, pupillam perforata est, & quā dūtaxat est foranē, nulla tunica alia est inter κάρη & κέντη & κέντη & κέντη media. Est igitur rhagodes venosa, vt cornem abū dē nutrit: humida ac mollis instar spongeæ, ne conctu suo humorum crystallinum afflictet: nigra, vt splendorem colligat atque ad pupillam transmittat pertusa, vt quem transmittat splendorem, foras emitat.

Rhagoidis cos-  
loris, vtilitas  
triplex.

Quarta, οὐρανός, vnde numero sunt 4, vel si vis, 5. Galen. Videbat. Quænam & propria humoris crystallini est tunica, non modò ceperit tenui cortici est similis, verum etiam araneis tenuibus est tenuior atq; albior, vnde Αράχνη appellatur. Et quod his est amplius, nō totū vesti humorum crystallinū: sed quæ eius pars vitreo humor intuebitur, prorsus sine munimento est ac tunica expers. Ea enim parte humores inter se cōiungi prestant, quæ vero eius pars omnis extra prominet, tangitq; rhagoden, tenuem hanc ac lucidam induit est tunicam arachnoïdem. Atque etiam ipsum pupille ειδολογιν ea velut speculo quodam consilfit. Hæc Galenus. Videbat tamen arachnoïdes ambire & includere totum humorum crystallinum.

Ortus.

Quinta, αὐφλαντική, id est, retiformis appellatur, quod ἀυφλαν-  
τική, id est, reti sit similis. Ex nervi optici substantia disoluta, atque am-  
plificata nascitur, humorum vitreum ambiens & nutritiens. Hoc corpus  
retiforme nonnulli propriè tunicam vocant, verū nullo pacto est tu-  
nica, neque colore, neque substantia: sed si exemptū ipsum leposueris,  
in vnu aceruū coniiciens, ibi planè videbere videre cerebri portione  
quædam exemptam. Vilitas autem ipsius prima ac maxima est, vt  
quum crystallinus alteratur, id sentiat: præterea vt vitreo humorū  
alimentum aduchat atque adferat. Atque etiam arterias ac venis multo  
crebrioribus, ac quam pro sua mole maioribus, refertum conspicitur.  
Nam nervi omnes qui à cerebro proficiscuntur, portione qua-  
dam meningis charoëdis vna secum enata obducuntur, quæ arte-  
riam secum adferat ac venam. Quin & ex ipsa charoëde tunica, quæ  
corpus hoc retiforme continet, tenues quædam productiones & ar-  
aneis similes ad ipsum extensa, vincula illi simul fiunt, simul etiam ali-  
mentum adserunt.

Poraminis pu-  
pillam facientis  
vſus.

Arachnoides  
tunica, vſus.

Pupille idoli-  
locus.

Amphibleſtroi-  
dis ortus, sub-  
stantia.

Vſus.

Oculo  
rum tu-  
nicæ,  
quas  
Graci  
χρι-  
το-  
νο-  
ς vo-  
ce, nu-  
mero  
sunt 4,  
vel si  
vis, 5.  
Gal-  
bi-  
dæ.

ειδολο-  
γινο-  
ς, vnde  
numero  
sunt 4,  
vel si  
vis, 5.  
Galen.

T A B V L A   I I I I .

*Humor aquosus  
seu tenuis.*

Primus, *ūdētōesīg*, id est, aqueus, ab aqua similitudine vocatur. Substantia & colore albo oui similis est, hinc *albugineus* vulgariter appellatur. Inter crystallinum humorem & tunicam rhagodem & corneam continetur, non modò ut spatium vacuum oppletat, verum etiam ne humor ipse crystallinus ac portio rhagodis interna exicitur.

*Crystallinus.*

Sunt & humores tres intra oculorum membranas contenuti.  
Gal. ibidem.

Secundus, *κρύσταλλος*, hoc est, glacialis, quod crystallo ac glaciei colore similis sit, albus, clarus, splendens, mediocriter durus, non exacte sphæricus: ante vitreum seu in medio vtriusque humoris collocatur. Medius enim vehitur in humore vitreo, quasi semisepta sphæra in aqua, ipsum vitreum motu ulteriore inhibet. Est autem primum & principalissimum visus instrumentum.

*Vitreus.*

Tertius, *βιτρίνη*, id est, vitreus, quod vitro fuso substantia & colore similis sit, in corporis retiformis concavitate continetur. Nutritur autem crystallinus per diadosim, id est, trâffumptonem ab hoc humore vitreo: vitreus à corpore retiformi ipsum ambientem: hoc à tunica chorœde, vt ante diximus.

*Iridis circuli.*

Porro in oculo ubi album nigro coniungitur, septem circuli cohaerent, sibi pannis insidentes, crassitie tamen ac colore discrepantes. Qui locus ab hominibus harum rerum peritis, *τετράγωνο*, id est, coronam nominant. Horum circulorum descriptionem, vide ibidem.

*Palpebrarum*

*Substantia.*

Vnum superius & breuius, obliquum, καρπός vocatur, Latinis ra- dius, & *focile minus* Guidoni. Cuius pars extrema superior leni- ter caua, exterius brachij tuberculū recipit, et que alligatur: cu- ius connexionis id manus est, totā manū in pronū supinūm que circumagere, id est & obliquus factus est radius. Hujus pars inferior pollici respondet, vt vlna minimo digito: vbi iuxta carpi partes, vtrinque ad natam habet appendicem, sed ex interiorē parte concauam, extrinsecus gibbam. In sinum eiusmodi feso carpus insinuat annectiturque. Cuius nexus operā, carpi arti- culus summā que manus extēditur & flectitur. Media autem inter radium & vlnam omnino dehiscent, quia musculis locum præbere oportebat. Alterum inferius & longius, rectum, τηλίχυς vocatur, Latinis cubi- tus vel vlna, & *focile maius* Guidoni. Cuius pars extrema supe- rior duos acutos habet processus, quos κορώνας & κορώνα vocat, & rotundi sint: quorū anterior minor est, alter grandior, quem Atheniensis ὁ ἐρεγόνης id est, cubitum. Ab his vlna sinus sigma literæ simili- lis comprehenditur, in quem brachij orbita inferitur. Huius arti- culationis officium est extendere flectereque totam vlnam, & per eam totam manum, vnde & vlna recta facta est. Cubiti autem pars inferior minimo digito respondet. In qua parte, cubito in- est ex abundantia quadam processus, quem à columnæ simili- dñe styloide appellant, isque carpo etiam annectitur. Ad quē nexus, carpum in obliquum ducere, pertinet.

Radius.

Vlna seu cubi-  
ti corone.  
Olecranon.  
Sinus cubiti li-  
tere σ similis.  
styloides pro-  
cessus.

T A B U L A . I I I I .

D E O S S I B V S C A R P I .

Ossa carpi 8.  
non numero in-  
certo, vt Celsius  
putat, cap. 1.  
lib. 8.

C A R P I ossa 8. sunt,  
omnia nervis cartilagi-  
nosiisque nexibus inter-  
se constricta per synar-  
throsin, id est, osium iun-  
cturam, quæ neque va-  
lidum, neque manifestum  
habent motum: dura o-  
mnia & puula, nec me-  
dulla, exteriore in su-  
perficie leniter gibba,  
sinuata intrinsecus, du-  
plici ordine distincta.  
Lib. 2. De vſu part. &  
cap. 18. lib. De oss.

Pars carpi superior, quæ vlnæ  
articulatur, seu prior ordo  
extribus ossibus constat, quæ  
in rotundam quasi figuram  
structa cum cubito, radi-  
que, & stylo de processu  
annectuntur.

Primum os, quod mi-  
nimum digitum spe-  
ctat, exigue lenique  
sinu, stylo de cubiti  
processum recipit.  
Medium ex his, ibi po-  
tissimum sedem ha-  
bet, ubi cubitus radi-  
usq; inter se copulan-  
tur.  
Tertium, quod bipar-  
titum est, à radio co-  
prehenditur.

Pars inferior, seu secundus ordo, quatuor ossibus mi-  
nus quam predicta constrictis, constat, quibus meta-  
carpio colligatur.

Octauum os carpi, cartilaginosum & prælongum, per  
internas eius partes vchitur, in quibus inarticulatur  
ad tenuem vlnæ processum stylo de nuncupatum,  
versus paruum digitum.

Os nonū carpi.  
Ossa sesamoï-  
deæ.

Est & ad pollicem os nonum carpi, paruum & cartilaginosum, non numeratum ab anatomis, sicut nec aliquod eorum, quæ στηλοειδή, à sesami leguminis  
minuti specie, vocantur, que multis manuum & pedum articulis natura exabun-  
danti velut auðiarium circumponit, securitatis gratia. Lib. 2. De vſu partium.

D E O S S I B V S M E T A C A R P I L .

Metacarpii os-  
sa 4. non 5. cune-  
Celsi, Guidone  
& aliis.

M E T A C A R P I V M distantibus à se se ossibus quatuor constat Galeno, non quinque cum Celsi, Guidone, & aliis. Quæ inter digitos ac carpum, pal-  
mam explet, carpóque per synarthrosin alligantur, priori verò digitorum pha-  
langi per diarthrosin, id est, osium iuncturam, quorū motus eidens est. Qui ve-  
rò os pollicis tertium, metacarpio adscribunt, ipsum metacarpium ex 5. digitos ve-  
rò ex 14. ossibus constare adfirmant. Lib. 2. De vſu partium, & cap. 19. lib. De oss.

D E O S S I B V S D I G I T O R V M .

Digitorum 5.  
ossa 15. singu-  
lorum tria.

D I G I T I quinque, ossibus quindecim, singuli ternis constant, priori semper interordine in subsequentis sinum subeunte. Nam pollex ex triplicis etiam offe-  
constat, contra Celsum, Guidonem, & alios: primūque eius internodium in car-  
po articulatur (aliorum quatuor in metacarpio) neque cum metacarpij ossibus co-  
numerandum est, sed proprium est pollicis, cum ab utraque parte per diarthrosin  
conneccetur, quod primis digitorum, nō metacarpij ossibus accidit. Lib. 1. De vſu  
part. & cap. 19. lib. De oss.

D E O S S I C Y L I S S E S A M I N I S E X T R E M A E M A N V S .

Ossium sesamoï-  
deæ vſus.

Ossicula, quæ Græcis στηλοειδή, Latinis sesamina vocantur, quod sesamæ  
semini latiusculo & oblongo figurâ sint similia, multis manuum & pedum articu-  
lis na-



T A B V L A A   I I I I .

*Primo cruris ag. Secundis  
Gland. & nunc 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.  
P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.*

**E**xistit autem hoc est, crus humanum, instrumentum est ambulatorium simul & apprehensorium, quo potest homo ambulare, currere, apprehendere, sed & curvare. **Ambulatio.** Tumqueflare & sedere. Ambulatio fit, ut & cursus, altero crure in terra firmato, altero circunlato. Sed firmari quidem, pedis, circumferri autem, totius cruris estatio. **Apprehensio.** Etio. Multifidus autem, & catus in medio pes factus est, ut omnia loca peruadere queat: catus quidem & mediis, quæcunque subiecta gibbosâ sunt, manus modo comprehendit: digitis autem, in rectis & obliquis & declinibus ac præruptis locis vicitur. Statio fit vtroque crure ad terram firmato, ac similiter tenet. Rectus autem solus animalium omnium homo est: foli enim ipsi secundum rectitudinem cruris est spina. Quod si ea est, profecto & reliquum omne corpus ad vitam necessarium. Nam quedam veluti carina est spina huius corporis, & ad hanec, crura ipsa avibus quidem vt & quadrupedibus, angulum rectum efficiunt solis autem hominibus, una recta linea extenduntur. Talem igitur figuram crura ad spinam habent, in quadrupedibus, & volatilibus animalibus dum ambulant, qualem hominibus sedentibus. Ob eamque causam, nullum eorum unquam stat rectum, sed omnia prona sunt: solus autem homo rectus stat. Quod autem & ipsa sedere nequeant, sicut homo, ipsis ischiis innitentia, manifestum est, quod sedentibus oporteat crura ischiis copulata, in femoris ad tibiam de articulatione retrosum flecti. Spina quidem ipsa, cum femore, dum sedemus, angulum rectum efficit, femur vero rursus nisi ad tibiam alium talem efficiat angulum, nequaquam recta ad terram tibia foret: ob ideo firmitudo flesionis corrumperetur. Si igitur quando flectuntur in genu coela, ischiis coniuncta, tunc sedere animal accedit, manifestum est nulli quadrupedum posse contingere. Omnia enim antorrum posteriorum crurum habent flexiones. Lib. 3. & in fine lib. 15. De vsu part.

D E D I F F E R E N T I S M O T U V M P A R -  
T I V M T O T I V S C R V R I S .

**Motus ischii  
& femoris.**

**Motus articuli ischij &  
femoris sunt,**  
Gal. in fine lib. 15. De  
vsu part.

**Tibiae & genu  
motus 4.**

**Capita tendo-  
num tibiae. 13.**

Extensio, quæ sit crure ad terram depresso. Summa autem extensionem habet, & statum ultimum, quum summus. Proinde natura fortibus, multis ac magnis musculis actionem hanc commisit.

Flexio, quæ sit crure ad inguen sublatu. Quæ actio, quæ minor sit, minoribus etiam tum magnitudine, tum numero musculis commissa est.

**Quum intrò ad alte-  
rū crus adducitur.**  
**Ad latera.**  
**Aut quum extrà ab-  
ducitur.**  
**Aut quum in orbem  
circumagitur.**

Quæ actiones quæ  
minores sunt, mino-  
ribus etiam muscu-  
lis commissæ sunt.

Conueniunt

## DE ARTVBVS.

42

Tibiae genitique articula-  
tionis motus sunt 4.  
In fine lib. 3. De vñ part.

Duo recti, scilicet

{ Extensio.

Flexio.

Duo obliqui, quibus tibia ad latera mouetur.

Tibiae genitique  
motus 4.

In tibia, capita tendonum sunt 13.

{ Retrosum 6. mouentque pedem secun-

{ dum omnes conuenientes

Antorsum 7. ci motus.


Capita tendo-  
num tibie, 13.

Conuenient autem toti ipsi pedi extremo absque digitis, motus 4. vt & carpo. Extensionem enim & flexionem pedis (qui motus contrario modo sunt in pede, quam in carpo) superna astragali cum osse tibiae & fibulae dearticulatio efficit: ad latera vero circunductionem, dearticulatio capitatis astragali, que est ad nauiforme. His autem motibus praefunt 4. musculi, musculis 4. carpum mouentibus omnino respondentes. Lib. 3. De vñ partum.

In unoquoque digitorum pedis, ut manus, motus sunt 4. extensio, flexio, & duo obliqui. Igitur & 4. loca implantationis eadem ipsis tendonibus natura seruit, ut in manu. Sed cum digitorum amborum pedum articuli, tantum sunt 28. (nam pollicis duo tantum sunt, ut duo tantum ossa) implantationes tendonum tantum eum erunt 12. Non tamen aequi magni sunt in pedibus tendones flexentes extendentesque ac in manibus, qui non itidem ut manus, pedem constitutere oportebat instrumentum apprehensorium. Merito itaque contraria habent in pedibus & manibus magnitudinem, non digitis sollem, sed etiam ipsorum tendones. Quanto enim pes summa manu est maior, totus tota, tanto & digitis digitis, & tendones tendonibus sunt minores. Manibus namque precipua actio in digitis consistit, ut qui apprehensoria sunt organa. Pedibus autem, ut potest non solum ad apprehensionem omnino, sed ad firmationem quoque tutam constructis, & totum per se vecturis animali, ut multo quidem maiores manibus essent, paruos vero haberent digitos & tendones, magis ex vñ fuit. Non ergo fuit aequi quatuor genera tendonum mouentium digitos, a musculis tibiae produci, quemadmodum in manu ab vlna musculis, sed duo sola: nempe alterum quod extensionem eorum efficeret, alterum quod flexionem primi & tertii eorum, qui sunt in quatuor digitis articulorum. Nam pollex pedis, ut diximus, duos tantum habet articulos. Tria reliqua tendonum genera, videlicet qui digitos adducunt, abducunt, & secundum articulum cuiusque quatuor digitorum flecent, a musculis in summum pede ortis producuntur. Sunt enim cuiusque articulo motus quatuor, & principia ipsorum quinque, ut in manu, non tamen omnia ex locis proportione respondentibus prodeuntia. Gal. ibidem.

Iam de musculis, venis, arteriis, nervis, & ossibus totius cruris, codem, quo in manu, ordine dicamus. Quibus peractis, finem nostri instituti assequuti sumus. Primum itaque musculos ischij & femoris, ut qui primi omnium sunt incendi, aggrediamur.

Pedis motus

Digitorum mo-  
tus. 4.Articuli digi-  
torum ambori  
pedum 28.Implantationes  
tendonum in di-  
gitos ambori  
pedum 112.Pedum & ma-  
nuum differen-  
tiæ in digitori  
& tendonum  
magnitudine.Tendonum ge-  
nera 5.

TABVLA III.

DE MUSCULIS ISCHII

Primus totum articulum ex posterioribus partibus regit, proportionē respondens musculo, qui est in cromide. Is autem duabus insertionibus femur extendit, ipsum rectum omnino efficiens, quem utique in insertione agit: quām vero altera tantum agit, minimum ad latera ducit.

Secundus ipsum articulum excipiens, à partibus omnibus externis ab osc ilium oritur. Inserit autem in partem magni ~~fo~~<sup>ex</sup>er<sup>v</sup>itri<sup>g</sup> altissimam parum cna à parte anteriore. Is extendit, simul & exiguum quiddam caput femoris intrò trahit. upon vi

Tertius ab externis & inferioribus ossis ilium partibus emergens, inferitur primis internis magni trochanteris partibus, deinceps & partibus anteriorib<sup>r</sup> circumhaeret.

**Quartus ab offe lato emer-**  
**gens, inferitur posteri-**  
**oribus omnibus parti-**  
**bus usque ad summita-**  
**tendat; multò verò mi-**  
**nus, quam musculi, qui**  
**hanc ipsam actionem ha-**  
**bent, quos ultimos ex-**  
**ponam.**

**Quintus** omnium maximus qui in corpore sunt musculorum, internis ac posterioribus partibus toti ossi femoris usque ad genu circumhaeret. Huius musculi fibra posteriores, qua ex ischio manant, crus firmum stabilunt, articulationem extenderunt. Praestant autem id maxime & fibrae, qua per partes inferiores ab osse pubis exoriuntur, cum minimo quodammodo intrò motu. Quandoquidem quae sunt altiores, femur intrò adducunt, quemadmodum que omnium sunt altissima, adducunt antorufum, simul ac sursum trahunt.

Muscati

Supernus est rectus, vnicōque tendone ex dupli exortu conflato, in summitatem parui trochanteris inferitur.

Alter, qui cum predicto in ipsum quoque trochanterem descendit, inferius inferitur.

Tertius ex partibus anterioribus ossis pubis enatus, velut pars quedam maximi, obliquus toti collo circumdatur usque ad genu, in caput ipsius externum desinens: extorum femur abducit, quemadmodum & maximus musculi pars interna.

Hi tres prima actione femur flectunt. Qui superne quidem defertur, paululum inclinans intrō: qui verò à partibus ossis pubis anterioribus manant, multum quidem intrō inclinantes, parum verò sursum trahentes.

Flectentes 4.

Quartus, articulationem quae in genu ineſt, extendit per aponeuroſin nerueāmque tenuitatem, qua patellam genu supergreditur. Verū per accidens femur flectit. Itaq; non primò articuli ischij causā exitit. Magnam siquidem facit tensionem sursum ac flexionem, multò tamen predicto primo minorem. Primus enim flectentium supernus dictus, & à lumbis, & à partibus ossis ilium internis ortus, peruenit ad paruum trochanter: hic verò qui genu articulationem extendit (eius etiam gratia exitit) quium ex dextra spina ossis ilii oriatur, idcirco scipsum intendens, non tibiam modò sursum trahit sua naturā, sed eam femur flectit.

Vnus ex internis ossis pubis partibus emer- gens.

Ambo circa ischion obvoluti coaleſcent, inferentes ſeſe vni concavitati per tendones robustos, in posterioribus femoris partibus locati, ad ipsum potissimum primum magni trochanteris exortum. Hi omnium praedictorum ſoli, femur inuertunt, ac circumagunt, dum uterque verſus ſep̄um trahit.


Duo inuertentes ac circumagentes.

Reliqui alij duo ſunt musculi, qui femur mouent.

Alter ab exteri-

Ex musculis extendentibus & flectentibus, ſunt qui etiam mouent ad latera. A natura enim motus plurimi mixti facti ſunt, id agente, ut per pauca instruēta multas animalibus actiones efficeret.

Musculi qui coxae ſue ischij articulū & femur mouent, ſunt in Gal. in fine lib. 35, De rū part.



TABVLA IIII.  
DE MUSCVLIS FEMORIS.

*Femur et fistula a medico  
de obliquis extitit. R. a. P. patet  
de 66 mm. Dorsum fuisse & longus,  
vix tenuis. Cx. extitit by a. a. 66 mm.  
longus, non rotulus, & quod non posse  
motore de flexione velut velut  
velut. Cx. non habet. H. l. 66 mm.  
vix tenuis. V. q. 66 mm.*

Tres anterior-  
res tibiam &  
genu exten-  
tes.

Duo laterales  
obliqui, ad late-  
ratis tibiam &  
crus mouentes.

Tres posterio-  
res tibiam &  
genu flectentes.

Nonus muscu-  
lus femoris.

Musculi femoris  
sunt 9, qui omnes  
ad caput tibiae, præterage  
nu articulatione, descendunt.  
Gal. in fine lib. 3.  
De usu part.

Tres in anterio-  
ri parte femo-  
ris, maximi e-  
ius loci muscu-  
lorum recta ad  
genu feruntur,  
quorum

Alij duo utraque predicto-  
rum trium partes: hic quidem  
externus, ille autem  
internus ad laterales tibiae  
partes inseruntur, obliquæ  
motioni tibiae & per eam  
cruris uterque praefectus.

Tres alij posteriore  
parte, in medio in-  
terioris hos duos obli-  
quos spatios, ordi-  
ne positi, parvis  
modicis ipsum ge-  
nu mouent. Qui  
nō æquæ robusti  
sunt, vt anterio-  
res, neque omnes  
in unum coēunt  
tendonem.

Reliquis nouem musculorum articulationem ipsius genu mo-  
uentium, strictus & longus, ex ossibus illi ortus, tollit sursum ti-  
bam, in illa maximè figura crus totum statuens, in qua mol-  
lientes ac subigentes, pedem sursum ferimus ad inguen alterius cruris.

Vnus carnosus appre-  
hensionibus mole seu patel-  
la genu implantatur.

Duo reliqui vnum maxi-  
mum generant tendonem,  
qui dilatatus iam inferi-  
tur toti mole, constringens  
ipsam prorsus & co-  
iungens partibus subie-  
ctis ad genu. Postea pre-  
teruectus articulum, infec-  
ritur anterioribus parti-  
bus tibiae, ipsam, si tensus  
fuerit, attollens sur-  
sum, & totam extendens  
ipsius genu dearticulati-  
onem.

Internus, crus intro-  
adducit, ex os-  
sura ossium pubis  
ortum habens.

Externus, crus fo-  
rás abducit, ab ex-  
timis partibus if-  
chii enascens.

Hi autem tres  
extendentes,  
validiores sūt  
& maiores di-  
gnitate tribus  
flectentibus.  
Quod cōtra  
fit in manu, vt  
dictum est.

Vnus interno predicto continuus, ge-  
nu flectit, tibiamq; ad interiora addu-  
cit.

Alius qui tangit externum, tibiam fo-  
rás abducit simul flectendo, velut tam  
exoluens.

Reliquis, qui mediocris omnium est, parte  
posteriore, in femoris caput internum  
ad genu insertus, flectit quidem totum  
quog; femur, cum eo autem simul &  
tibiam attrahit in cibens partibus que  
sunt ad dearticulationem in genu, vt  
que ad alterum maximorum tibiae mu-  
sculorum, cum quo & totam ipsam ti-  
biam contrahit.

Præter



Præter hos omnes, est parvus musculus poplitis, qui genu flectit. Gal. ibidem.

## DE MUSCVLIS SVRAE.

Suræ musculi sunt sex, non quinque tantum, ut prioribus anatomis visum est, ultimos duos vnum statuuntibus, quod par te plurima coalescant.

Lib. 3. De vñ par-tium.

Tres primi tendone vñico calcaneum mouent, & portio ne tendonis non exigua depilem pedis partem ægræque verfatilem constituant. Ex his tribus tendo vñicus conspicuus oritur, qui plane robustus ac maximus in calcaneum maximum ac fortissimum omnium pedis ossium inseritur. Qui ipsum ad seipsum trahens, ita demum calum firmat vñuerium: vt si altero pede stare aliquando velis, altero leuato, non eueraris, neque decidas, ne si aliorum quidem tendonum pedem mouentium quis vitatus fuerit: adeo magnam & æquipollentem aliis omnibus habet virtutem. Quod si solus aliquando patiar, pes elaudet, neceſſe est. Ideo ex tribus magnis musculis ortum habuit (quod ipsi soli accidit) vt si aliquando ipsorum vñus, vel duo lēsi fuerint, reliqui saltē, vel reliquis subseruiat. Talis autem esse debuit, quum in primum & principalissimum ambulationis instrumentum calcaneum inseratur, & id solus tibiae coniungat. Hic tendo positione & actione, tendoni ante partum digitum, intra manum ad os oœtavum carpi inferto, omnino proportione respōdet. Omnes autem anatomici superiores existimant tres suræ musculos totos tē donec prædicto in calcaneum prorumpere: sed non ita habet res. Vnius enim ipsorum non parva portio tendonis prætergressa calcaneū, inseritur toti infernæ parti pedis, vt de cute palmæ dictum est: quem fortassis præstiteri non par tem ponere tertij musculis: sed ipsum per se priuatim quartum musculū. Nec id quidem cognitum est à prioribus, q[uod] reuerā inferendorum calcaneo muscularum, hic quidem ex ossi fibulae produc̄tis, altis & profundis perrumpit, carnosus propè ad calcaneum usque permanens: alij vero duo ex femoris capitibus ad genu, in robustum tendonem definites: deinceps cum prædicto inserti sunt in summū calcaneum. Cutis vero plantæ naturâ dura & mollis media, adhaeret quidem exactè subiectis omnibus particulis ne vñquam promptè circuueratur, vt in manu dictum est. Ad quam totam disseminatum est germent tendonis illius, qui in calcaneo est, vt etiam nō circuueratur facile, tum ut abundè sensus perticeps fiat. Quod magis habet à nervis. Nervorum enim parva germina à spinali medulla lumborum, profunditati pedis, quo est sub cute, distribuuntur. His autem multo maiores sunt manus summae nervi, quod ea magis quam pes, sensu exacto egeat, vt quæ non apprehensionis solus, sed & tactus sit organum. Pes vero (neque enim saturus erat organum tactus commune totius corporis, sed solitus ambulationis) quantum ne leui occasione laederetur, requirebat sensum, tantundem fortis est.

Iij

Musculus in po-  
plite decimus.  
Tres calcanei  
mouentes.  
Tendonis in cal-  
caneum inserti  
ipsius ad ambu-  
lationem.

Tendonis in cu-  
tem plantæ pe-  
dis inserti vñ-  
litat.

Nervorum ad  
manus & pe-  
des propaginis  
vtilitas.

T A B V L A   I I I.

*Quartus digiti  
tos flectens.*

*Quintus &  
sextus pede ex-  
tendentes.*

*Duo pedem fle-  
ctentes.*

*Tibiae anterioris  
musculi sunt 7. vel  
si vis, 3.  
Galibidem.*

*Tertius digitos  
extends.*

Tres alij sub his adhæ-  
rescentes, tendonibus implicatis & in-  
ter se commixtis se-  
curitatis gratiâ, digi-  
tos flectunt, & mo-  
tum in pede adiun-  
conuenienter ei, quæ  
in manu tendo ante  
magnum digitum in-  
fertis, habere de-  
stratus est: quorum

*D u o , qui vtrinq;  
si tensi fuerint,  
attollunt & su-  
spendunt refi-  
mumq; reddut  
toto pedem ex-  
tremū: quem-  
admodū, qui in  
manu ipsis re-  
spondent, exte-  
dere carpū dice-  
bantur. Altero  
vero actionem  
obeunte, motus  
ad obliqua fiū,  
quomodo iij qui  
sunt in carpo.*

*Tertiū, medius inter vtrinq; positus, digitos extendit: est  
autem nimurū minor hic, vt qui minora moueat organa,  
per mediumque tibiam rectā ad digitos tendat, nempe  
quos moturus erat: ei musculo respondens, qui manū ex-  
trinsecus suis tendonibus perreptat.*

Vnus in 5, tendones scinditur, quo-  
rum quatuor primum & tertium  
digitorum 4. articulum flectit,  
quinto vero tendone duos polli-  
cis articulos.


Duo alij, vonus ad paruum digitum,  
alter in eum, qui est ante magnū  
digitum, locum infernè singulis  
tendonibus implantantur, qui cū  
tendone illo robusto, quem in cal-  
canum inferi diximus, pedis ex-  
tensionem efficiunt. Altero vero  
horum actionem obeunte, motus  
ad obliqua fiū, quemadmodum  
in carpo. Hi enim tendones pro-  
portionē respōdēt iis, qui in ma-  
nu carpum flectere dicti sunt. Sed  
hīc intelligendum est extensionē  
& flexionē pedis extremi, con-  
trario modo fieri, quam in carpo.  
Vtrouis modo tamen sumas, parū  
interessit.

D E M U S C U L I S T I B I A E A N T E R I O R I S.

*Vnus robustus admodum, osi tibiae su-  
pertēsus, vt internum totius pedis ex-  
tremi motum obliquum faciat, ipsis  
circa magnum digitum pedis partib;  
ad latum internū, gemino tendone in-  
nascit. Vno ad os nauiforme, altero  
ad paruum ostarsi pollici prælocatū.  
Inde duplex germen ad pollicem vs-  
que peruenit, vbi implantatur, vt ip-  
sum ab aliis plurimū abducat.*

*Alter minor, fibulae osi circūtensus, vt  
externum motum obliquū faciat, ten-  
done vno iis inditur partib<sup>2</sup>, que ante  
paruum digitum sunt, ad partē exter-  
nā minimi ossis pedij. Inde externis  
partib<sup>2</sup> parui digiti infertur, vti plū  
plurimū abducat ab aliis, vt prædi-  
ctus pollicē. Parvus enim digitus & ma-  
gnus in pede, vt in manu, ceteros di-  
gitos motu uno abductionis superat.*

Anteriorē



D E A R T V B V S.

43

Anteriores tibiae musculi visi fuerunt prioribus anatomicis tres tantum esse, & parte plurima coalescant, quum sex certè, vel septem esse rectius dicantur. Nam qui extendit quatuor digitos, vnum eis esse videtur, vt vnum est: ex virtus; verò partem ipsius, rursus est vnum, qui in triplicia tendorum capita definit. Quibus tuis ipsis, tum ipsorum utilitatibus, si quis intendat animum, ipsos sex, aut septem vniuersos statuet. Sed nihil cursum orationis nostrae moretur, etiam si tres ipsos duntaxat in praesentia numerauerimus. Gal. ibidem.

D E M U S C U L I S P E D I S.

<b>P E D I S</b> musculi sunt tripli- ces. Galibidem.	Alij ad ipsum planum seu pedion constituti sunt, obliquo digitorum motui interno versus pollicem prætruri.  Alij in reliqua pedis parte tota usque ad calcaneum siti, secundum articulum cuiusque quatuor digitorum, flectuntur.  Alij superiore pedis regione harentes, motui obliquo exteriori versus parum digitum, præsunt.
--	---

D E M U S C U L I S I N T E R O S S A P E D I I.

PRÆTER hos musculos, aliis sunt valde parui inter ossa pedij, vt in manu inter ossa metacarpij, qui ab anatomicis prioribus non animaduersi fuerunt, quemadmodum nec Galeno longo tempore, vt ipse fatetur lib. i. De anat. administ. Hi, vt ibi scribit, primum articulum cuiusque digitorum flectunt, & ipsos ad idem adducunt, pariter in manibus & pedibus. Sed in manu, quod metacarpij ossa tantum sint quatuor, & tria tantum ipsorum intercalla, sex tantum sunt musculi, in singulis intercallis bini. In pede vero, quum pedij ossa sint quinque, & quatuor ipsorum intercalla, octo erunt musculi, in singulis intercallis bini.

Hic sunt musculi totius cruris, quorum numerum omnibus pro arbitrio collendum relinquimus. Iam itaque ad vas transamus.

D E V E N A R V M I N T O T A C R V R A  
P R O D U C T I O N E.

V E N A cava, quemadmodum & arteria magna, duos ramos insignes mittit in utrumque crus, quorum figura 'V' litera perfusim est. Gal. De dissect. venarum. Statim ramus quidam in priorem internamq; femoris regionem perfurit multitudini summa sub cuta in ipsum distributus. Ab hoc alia tenues modicis intercallis sparsè in cutem, tres quatuorve disseminantur. Deinde alia notidè magnitudinis, priori similes, medio in femore prope musculum angustum consideratur, in quæ ipsum quoq; vena indidè maximè infertur. Deinde aliae exiles duas forsan & tres modicis spatii digeruntur. Post has alia insignis, tibiæ interius subit. Deinde sequitur alia duas in partes diuarcata. Hui succedunt aliae plures. Hęc quidam in superficie extat, omnes sine arteria, vt paulò post dicetur. Gal. in fine lib. 3. De anat. administ.

In imo alia quedam hunc in modum se habent, iuxta inguina prima emittuntur propago, quæ cum parua arteria in duos anteriores musculos sparguntur. Mox de. alia penitus grandis satus, in maximum omnium musculū & ex anterioribus internum producitur, vnde plures venarum propagines in omnes propemodum femoris musculos disperguntur. Gal. ibidem, & lib. 3. De dissect. venarum.

I. iii

T A B V L A   I I I .

Medius ramus, qui & maximus est, per ipsum deorsum ad poplitem fertur, vbi vulgo *vena poplitis* dicitur, ex qua secunda sanguis solet detrahi: atque inde per profundum sursum procedens, non modicam in musculos eius ramorum fibolem spargit. Hæcque vena vulgo *communis* seu *media* dicitur, quemadmodum in manu.

*vena poplitis.*

*Communis.*

*Ischiadica.*

Cæterum paulò altius quam femur, cum tibia articulo iungitur, in tres ramos diuiditur.  
Lib. De dissect. venarum.

*Saphena.*

Alter superficiarius, per exteriorem partem alterius ossis tibiae, quod *τερέψιμον* Græci vocant, producitur, ad pedis pertinens articulum, vnde vena externa malleoli dicitur. Guidoni vocatur *sciatica pro ischiadica*, quod secunda ischiadi conserat.

Tertius interior ad anteriorēm tibiae partem (cream Latinis appellant) procedit, ac inde ad malleolum peruenit, ad ipsum tibiae extreum. Hæc vena ad *languinem* intendit, et accommodatisima. Guidoni *saphena corrupta* vocatur, pro saphe, id est, manifesta. Græcis enim Græcis idem quod manifestus. Hæc etiam vena est manifestissima. Dicitur & vena interna malleoli: ut altera, externa.

Hujus rami & aliorum extrema ad tarsum usque & pedem digitosque permean, tum inter se, tum iis quæ adiacent, permixta. Galenus in fine lib. 5. De anatom. administ.

D E   A R T E R I A R V M   I N   T O T A   C R V R A   P R O D V C T I O N E .

*Arteria magna* ARTERIA maxima cruri per inguina infuritur, eo nimirum modo quo vena magna. Ac macilenta, magnaque pulsu praedita manum inniciens, sensibili inibi motum percipies. Vtunque autem vas per interiora femoris protendit, aterior ipsius musculo incumbens, in quem veluti in omnes alias femur perreptantes arteriae rami pro magnitudinis portione peruenient. Sed quemadmodum in manu, sic etiam in crure se habet. Venæ quidem arteriis in musculos infertis cohæret, non tamen arterie superficiariæ venas vna confundunt, verum altius semper per musculos ingrediuntur. Gal. ibidem.


Quo igitur venas dixi profundiùs in femoris musculos per tibiam propagari, his omnibus adiacet arteria, in superficie extantium nulli. Id autem inde liquido constat, quod carnosus musquam in crure pulsus appareat, nisi in tarso directe ad secundum digitum post maximum. Tangimus itaque arteriam ibi sitam, cum eam quæ carpo subest, attingere non potuerimus. Gal. ibidem.

Sunt porro & aliæ in tarso & pede arteria, quæ crebro in macilenta pulsuum indicant, in magnitudinem eleuant. Gal. ibidem.

D E   N E R V O R V M   A D   T O T A   C R V R A   P R O D V C T I O N E .

*Nervorum cruris origo.* NERVI à spinali medulla lumborum & ossis sacri, ad crura descendunt. Lib. 13. & 16. De vnu primum.

Quatuor



Quatuor iuxta femoris principiū radices nerorū in cūte excurrentiū apparēt, pares numero principis grandium nerorum, qui in musculos disperguntur, vnde superficiarij illi exiles procedunt.  
Lib.3. De anat.administ.

Hos exiles superficiarios cutis neruos intuitus, omnes femoris musculos incidit. Nam dum ipsos inuicem separas, grandium nerorum, qui omnes medij per musculos feruntur, clare apparent quatuor principia, vnde superficiarij illi propagantur. Qui igitur in femore consistunt nerui, in hunc modum se habent. Tibie neruos deinceps inspicio. Gal.ibidem.

In tibia soli duo magni, per femoris posteriorem sedem conspicui apparent, latiore musculo inciso, sub quo vnicō feruntur, ad tibiae principium excurrentes. Atque ibidem primum separantur inuicem.  
Gal.ibidem.

Huius nerui, quem maiorem & internū esse diximus, pars reliqua non medicris ad pedis inferiora producitur. Alterius autem, puta minoris & externi, tenuia extrema supremis plantae partibus dispensantur. Portio quadam ipsius etiā ad unum alterū peruenit, que per suram prope inferiore tibiae finem defertur. Itaq; in infimam pedis fedē nerius vñus subit haud exiguis, in omniēs ipsius partes distributus. Porro hic nerius ex altero grandiore superest, quē in posteriores tibiae musculos deferri cōmemorauimus. Ceterū in plantam pedis descendit vñus cum tenonibus qui digitos ipsos inflectunt. At in superiam partem pedis, exiles nerui quatuor producuntur, triū aliorum reliquias: vñus certè qui cum vena intra tibiam defertur: alterius qui retro suram per summa se promittit. Gal.ibidem.

Procedit autem ex gracili neruo, hoc est, vbi is inferitur, alias quidam nerui, qui per suram procurrens à musculo posterioris tibiae osi prorecto, ad extremum ipsius pedi proximum peruenit, atque ibi externis tarsi partibus prope exiguos digitos disseminatur: quemadmodum prædictus, quem simul cum vena per totum crus ad magnos ferri retuli, fines expandit. Gal.ibidem.

Inter hos, alijs duo ex magnorum altero, qui anteriores tibiae musculos amplexari dicitur est, deorsum versus pertendunt, medium tarsi conseruentes.  
Gal.ibidem.

Vna est, quæ ab anterioribus musculis deorsum versus in totam cūtem ipsi viciniam fertur. Altera hac interior, per inguina magno angustiōque musculo vehitur. Tertia iuxta sacri ofsis fastigium mucronatum, quod occyga Graci vocant, ceterisque minus conspicua est. Quarta itac adhuc magis condita in pectinis foramine consistit.

Nerui femoris.

Alter qui minor est, exterioribus ipsius musculis distribuendus. Isque externus, tibiam subter caput posterioris ipsius ofsis, quod peronem vocant, ingreditur. Alter, puta maior, interioribus musculis distri buendus. Isque interior sura initio profundiū immarginatur, idque media regione inter duo grandium ipsius muscularū capita. Reliquę horum amborum nerorum ad inferiora pedis propagines, mox sequuntur.

Nerui tibiae.

Nerorū ad pedē distributio.

Alter ē superficiarii sub cūte consistit, qui tum articuli iunctura ligamento incumbit, tum solis in cūtem tarsi extantibus particulis distribuitur. Alter qui in imo sub ligamine delitescit, superfratis tarsi musculis omnibus distribuitur, quorum tendones obliquo digitorum motui præesse diximus.

T A B V L A   I I I I .

D E   O S S I B U S   T O T I V S   C R V R I S .

Femoris 1.	os si brachij respondens.
Patella genu 1.	nullum os in manu respondens haber.
Offa totius cruris 30.	O S S I B U S   T O T I V S   C R V R I S .
55 A totius cruris, ut & manu, sunt 30. præter offa famocides ab anatomici non annumerata.	Tibiae 2.
Lib. 3. De vñ part. & De os. cap. 21. 22. 23. 24. & 25.	Maius, quod. & tibia, nomine totius appellatur, vlnæ respondens.
Pedis 26.	Minus, perone seu fibula, radio respondens.
	Tria nullam partem in manu respondentem habentia.
	Astragalus.
	Nauiforme.
	Calcaneus.
	Cyboldes seu cubiforme.
Tarsi 4. carpo respondentia.	Tria innominata, chalcoidea quibusdam dicta.
Pedis 5. metacarpio respondentia.	
Digitorum 14.	Pollicis tantum 1.
	Singulorum reliquorum 3.

Offa quæ cum osse sacro committuntur, omoplatis respondentia, inter offa curris non annumeramus, de iis tamen hic agemus.

D E   O S S I B U S   Q V A B   C V M   O S S E   S A C R O   C O M M I T T V N T V R .

Os ilium.	Supernè autem, qua parte latum est, os ilium & anchæ vulgo dicitur.
Os ischii.	Qua parte vero femoris caput in suum recipit, os ischij & coxendicis dicitur: vnde morbus ischias & ischiadicæ vena.
Os pubis.	Antè, ad pudenda, quâ magis tenuë & foratum est, os pubis & pecten dicitur.
Acetabulum in coxendice.	Vtrique os si coxendicis prægrande acetabulum ineft, cum femoris capite neu xu validissimo copulatum.

D E   O S S I B U S   T O T I V S   C R V R I S .

**O**s femoris, quod & *μεγές*, nomine totius *cáli* vocatur, maximum omnium corporis osium merito fuit, quem omnem superiacentem corporis molem ve-  
hat. Id supra coxendici, infra tibiae alligatur. Superiori parte rotundissimum ca-  
put habet, prolixo collo ad interiora inclinato ad natum, quod ischij cotylen, id  
est, finum cavitatem magnam & profundam ingreditur. Sub collo vtrinque duo  
exigu sum processus (*σόχυρης* vocant) quorum exteriorem, qui longe ma-  
ior est, *γλωτζης*, hoc est, natem appellant. Inferiori parte leniter patefens, in duo  
tubercula definit, adeo quidem grandia, ut capita possint appellari: eaque tibiae  
annectuntur, non modo membranosis ligamentis, quibus tota dearticulatio cir-  
cundatur, sed tribus quoque aliis validis rotundisque: quorum unum ab extero-  
re totius connexionis parte, ab interiori alterum, à medio posterioris inferiorisq;  
tertium porrigitur. Totius autem femoris forma, anteriore in parte exteriorēque,  
gibba: in posteriore interiorēque sima est. Sic ad fessiones magis est idonea, & ad  
multa opera quae agimus sedentes, cuiusmodi est scribere libro ad femur extenso.  
Lib.3. De visu partium, & De ossibus, cap.21.

*Caput femoris.**Collum.**Trochæteres 2.  
magnus, parvus.**Duo tubercula  
in ima parte.**Forma totius  
osis femoris.**& utilitas.*

## DE PATELLA.

**O**s cartilaginosum rotundumque, extrinsecus appositum, quæ femur tibiae  
anneccitur, ut articulus in genu exactè vndique adstrictus sit, patella seu rotula ge-  
nu dicitur, à nonnullis *μολα*, id est, mola, ab aliis *έπιγνωστης*, quasi supra genu di-  
cas, vocatur. Gibba & veluti tubercula subiectorum osium, apicis finibus compre-  
hendit, paululumque intumescens quod inter femur tibiāque spatium patet,  
complectitur, anteriorēque articulationis in genu partes omnes contineat, prohi-  
bens quidem & capita femoris clabi ad partes anteriorēs: in illis maximē figuris,  
quæ vocantur *Gracile*, *μέση*, id est, genu flexo, & *λαγκά*, id est, geniculatum & cur-  
vatum. Conserat etiam ne cadamus, & maximē in decliviis locis, quum in anteriora  
totum corpus nostrum nutat. Lib.3. De visu part. & De os. cap.23.

*Patella in gen-  
nu visus.*


## DE OSSIBVS TIBIAE.

**M**aius, quod *κάνθαλον*, hoc est, tibia, codem cum toto membro nomi-  
ne, & facile *máius* Guidoni appellatur, interiori parte situm est,  
eique tantummodo femur ipsum annectitur. Et qua parte femo-  
ri copulatur, magna quidem adnata coagmentataque appendi-  
ce duplex in sc finum habente, capita femoris sese insinuantia  
recipit. Inter eos tibiae finis, eminentia quadam surgi nervosa  
cartilagineaque, que inter femoris tubercula, veluti in imam  
quandam fissuram infertur.

**F**ibula, quod *ώσφεν*, id est, fibula, sura Celso cap.1.lib.8. & Guido  
ni *focile minus* appellatur, extrinsecus locatum est, tenui admo-  
dum, & multo minus quam tibia, nec adeo protenditur, ut genu  
ipsum contingat: verum supra infrâque, tibia per synarthrosis  
alligatur, media inter se penitus dehincunt.

*Fibula.*

**I**ma ab utroque lateri tibia fibulaque processuum partes, quæ intrinsecus ca-  
ua, exteriorē ex parte gibbae (vti patet) & omnino carne carentes, extra alia pro-  
minent, σφυρη Gracis, Latinis malleoli vocantur, Gallis *les chevilles du pied*. Lib.  
De os. cap. prædicto.

*Malleoli.*

T A B V L A . I I I L

D E O S S I B U S P A R T I S P E D I S , T I B I A E S U B I A C E N T I S , N U L L A M P A R T E M I N M A N Y R E S P O N D E N T E M H A B E N T I B U S .

A s t r a g a l u s .

P A R S p e d i s i p s i t i b i x s u b i a c e n s , c u i t o t u m c r u s i n c u b i t f e c u d u m r e c t i t u d i n e , v n u m q u i d e n n o m e n , q u a l e e s t t a r s u s & p e d i o n , n o n h a b e t : s e d c o m p o n i t u r e x t r i b u s o f f i b u s n o m i n a h a b e n t i b u s , q u i b u s f o l i s , n u l l a e s t i n m a n u p a r t i c u l a q u a p r o p o r t i o n e r e s p o d e a t , s e d s u n t b a f i s s o l i u s i n s t r u m e n t a . A l i a e v e r o o m n e s p a r t i c u l a e , s c i l i c e t t a r s u s , p e d i o n , d i g i t i , b a f i s s i m u l & a p p r e h e n s i o n i s s u n t i n s t r u m e n t a . O f f l a u t e m p r a d i c t a e p a r t i s h a c s u n t . L i b . 3 . D e v f u . p a r t . & D e o s . c a p . 2 4 .

N a u i f o r m e .

A s p a g a l o . Latinis talus, os ballist. evulgo, cahab Arabicè, subiacet apophysibus tibiae & fibulae, supernè à lateribus & à tergo ab ipsis comprehensus. Superiacet autem calcaneo, duabus eminentiis ibi in duabus calcanei cavitibus firmatus. Posteriori parte levigatus est, modicèq; orbiculatus, & ad superiora potius spectat. Anteriori parte, rotundo capite oblonge cervici adnato altus alto non uniforme coniungitur, *Læviusculus*, id est, fornici similem illic efficiens figuram. Atque extendere & flexere pedem supernè astragali dearticulationis est opus, quæ ad tibiae & fibulae apophyses dicta est fieri. Ad latera vero circumferre, opus est dearticulationis capituli astragali, quæ est ad cauitatem ossis nauiformis. Quare principalissimum osium est astragalus, quæ ad pedes mouendos pertinent.

S t r a t o p e d i s , hoc est, nauiforme, astragalo coniungitur. Sua enim cauitate nauiformi, vnde nomen sumpsit, circumambit caput astragali, estque similiter ipsi astragalo sublimus, & sublatum à terra, internis partibus pedis versus pollicem locatum.

C a l c a n e u s .

O s s e u m , id est, calcaneus, seu os calcis, maximum est osium pedis, & principalissimum eorum quæ ad firmationem pertinent. Ad perpendicularum enim parte sui media, rectitudini tibiae subiacet, & ferè tota ipsam solum sustinet, & per hanc femur, & per hoc superiacens corpus: & maximè quando salire voluerimus, aut magnū gradum facere: ob id insignem magnitudinem ei inesse oportuit. Subest astragalo, rotundaque partes ex ipso recipit, & geminos quos habet excessus in linu eius percōmodè inferit. Pars vero quæ ingredimur, leniter rotunda & latifcula est. Posterior quoq; rotunda est, eaque tibiae rectitudinem admodum excedit. Ex partibus eius anterioribus, quæ ē regione pollicis sita est, ipsius tali capiti subiacet, nec cū altero osse copulatur: at ei⁹ extremitas, quæ minimo digito respondet, cū osse cubiformi per synarthrosin annectitur.

D E O S S I B U S T A R S I .


O s c y b o e d e s .

I n n o m i n a t e 3 .  
chalcoides qui-  
busdam dicta-

O S S A t a r f i s u n t 4 .  
c a r p o r e s p o n d e n -  
tia: quorū  
G a l . ibidem .

Maximum & externum, terram attingens, calcaneo versus paruum digitum commissum, à tellere similitudine κυβοειδες, id est, cubiciforme seu cubicum vocatur. Cetera tria parvula, quæ paulatim attolluntur, nominibus carent, chalcoides quibusdam dicuntur. Inferiori nauiformis parti per synarthrosin copulantur, cum quibus etiam exteriore ex parte cyboeides pariter porrigitur.

D E O S .



OSSA pedij quinque sunt, terram contingentia, quae metacarpio respondent. Offa pedis.  
Lib.3. De vstu partium, & De ossibus cap.25.

## DE OSSIBVS DIGITORVM.

DIGITI externis internodis omnes, ad eorum quae in manu sunt simili-  
tudinem constant, pollice tantum excepto, qui inter alios, ex duplo osse constitu-  
tus est. Erunt igitur digitorum quinque pedis ossa tantum quatuordecim. Gale-  
nus ibidem.

## DE OSSIBVS SESAMINIS PEDIS.


OSSA sesamoidea sive sesamina, à sesami seminis similitudine dicta, quinque  
pedum digiti, ut articulis manuum, subsunt intus nouendecim. Nam primos quin-  
que digitorum articulos bina subtus firmant, reliquos autem singulos singula, ut  
in manu interna: quae omnia sunt nouendecim, omisiss externis rarioribus & ob-  
scuriis. Nam superne aut nulla sunt, aut rara, & ea obscura. Eorum usum su-  
pera scripsimus.

Prater hæc, addit Sylvius maximum os pternae & cyboëdis articulum subsur-  
mare, & astragali cum scaphoïde, utrumque in adolescentibus & mulieribus diu  
cartilagineum, sed amplum, & tendonibus implexum pedem exténdentibus, ob-  
liquantibus, firmantibus.

## OSSIVM TOTIVS CORPORIS COLLECTIO.

NVMERVM ossium totius corporis ex precedentibus facile est colligere.

Cum enim ossa cranii	Os frontis unum, vulgo coronale.	1.
sint sex, sphenoïde	Duo sincipitis, vulgo parietalia.	2.
excepto.	Os occipitis unum.	1.
	Duo lithoïdea, id est, petrosa, unumquodque ad suam	6.
	aurem.	2.
Offa faciei quin- quaginta duo.	Os zygoma, id est, iugale, vulgo os paris, utraque faciei parte unum.	2.
	Sex ad radicem oculorum, utrumque tria.	6.
	Duo, in quibus mala, dentesque ferentes menses infunt.	2.
	Duo sub narum foraminibus.	2.
	Duo nasi.	2.
	Duo in maxilla extremitate.	2.
	Quindecimum est os palati, quod sphenoïdes, & vulgo os cunei & basilaris vo- cant.	1.
	Offa ethmoïdea foraminulenta & spongiosa, vulgo colatoria, pro uno sumimus.	1.
	Maxilla inferioris duo.	2.
	Dentes triginta duo.	32.
	Incisores 8.	8.
	Canini 4.	4.
	Molares 20.	20.



T A B V I A . I I I I .

Claviculae duas, dextra & sinistra, vulgo os scutulae.	2.
Omoplate duas, vtrinque una, vulgo os scutulae.	2.
Ambarum manuum ossa sexaginta, præter os nonum carpi, & ossa scutulae ab anatomis non annunciatæ.	60.
Sterni sive pectoris ossa 7. excipientia 7. veras costas. Ad cuius finem est cartilago ensiformis, que vulgo malum punicum sive granatum dicitur.	7.

Costæ 24. vtrinque 12.	Superiores 7. vero seu perfectæ.
	Inferiores 5. notæ & imperfectæ.

Spondyli seu vertebrae 24.	Colli septem. Metaphreni sive dorsi 7.
	Lumborum quinque.

Os sacrum tribus ossibus confitetur.	3.
Coccyx, vulgo coda, tribus etiam ossibus confitetur.	3.
Ossa cum osse sacro commissa, vtrinque unum, cui integro nullum nomen indutum est.	2.
Amborum crurum ossa 60. præter ossa scutulae ab anatomis non annunciatæ.	60.

Os totius corporis 245.

Os totius corporis numero sunt 245. præter os hyoides ad radicem lingue, & os cordis cartilagineum.

Musculorum numerum, venarum, arteriarum, & nervorum, non facile est colligere. Cum etiam id nihil aut parum utilitatis adferat, alijs colligendum relinquimus.

Ciam itaque corpus humanum à summa cute usque ad ossa intimâ quo medula  
lam perfracta sumus, nec licet ultra progrederi, hic finem facere  
temporium est. Quid siquid omnijum, aut brevius prolixi  
xiufre dictum fuerit, alias felicius, ut  
spero, tractabitur.

F I N I S.

EXCVDEBAT PARISIIS MICHAEL F E  
ZANDAT, IN ROMO ALBRETICA. XL.  
C. JANVARII.

M. D. LIII.

